



1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.



Q. D. B. V.

~~XXIII~~  
265.

DE LOCATIONE ET  
CONDUCTIONE

1659, 7.

DISPUTATIO JURIDICA

Quam

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,  
CONSULTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

DN. FRIDERICI DECKHERRI,  
J. U. D. PANDECTARUM IN ILLUSTRIS  
ARGENTORATIENSIS UNIVERSITATE PRO-  
fessoris celeberrimi, & juridicæ facultatis Decani

Spectabilis, Patroni & Præceptoris sui  
devotè venerandi

*Solenni & publico examini submittit*

ADOLPHUS TRENTÆUS, UNNA-  
Westphalus, Author & Respondens.

*Ad diem 10<sup>Novem.</sup> Octobris.*

℥ (o) ℥

ARGENTORATI,

Apud JOSIAM STEDEL ACADEMIÆ TYPOGRAPHUM.

Anno M. DC. LIX.





VIRO

MAGNIFICO, NOBILLISSIMO,  
AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO,

DN.

DANIELI VVIMANNO,  
JCTO EXCELLENTISSIMO, SERENISS.  
ET POTENTISSIMI ELECTORIS BRAN-  
DENBURGENSIS CONSILIARIO INTI-  
MO, ET CANCELLARIO EMI-  
NENTISSIMO

Domino suo, Patrono, Promotori & cogna-  
to omni observantiæ & obsequii cultu sub-  
missè prosequendo, Academicum  
hoc exercitium in devotissimæ  
mentis testimonium

*humilimè offert & inscribit*

Adolphus Trentæus.

260



D. G. C. A.  
T H E S I S I.



Primam illam tractationis rationem in disciplina legali à Jctis passim observatã, quã realis non modò materiæ tractandæ, sed & nominalis præmittitur definitio, sequentes, locationẽ à locando, quod in propria atque nativa significatione in loco ponere, denotat, à quã ad eos, qui in agro fundovè aliquem adutendum vel habitandum constituunt, translatum. *VVes. par. ff. de loc. & cond. n. 2. conductionem à conducendo. h. e. secum ducendo, quod res conductoris sequatur ductum. VVesenb. ad rubr. inst. eod. deducimus: Et si autem hæc varia significant, nam & is, qui rem fãnori l. 33. ff. de usur. l. 24. ff. de usufruct. leg. Hotom. illustr. quest. 40. in princ. & filiam nuptui dat l. 19. ff. de R. N. Terent. in Phorm. Meier in C. A. ad h. r. th. 1. locare dicitur, sicut is conducere, qui rem fãnori accipit Hor. 1. Epist. Hotom. d. l. p. 351. VVes. par. ff. locat. n. 2. In jure tamen, secundum communem, ipse, qui pretio accepto rem exhibet utendam, locare creditur, conducere verò, qui pretio dato rem accipit utendam. vid. infr. th. 3. add. omnino Ampliõ. Dn. Rebhan. Hodog. iur. chart. 2. clim. 3. parallel. 3. n. 8. in exeg.*

II.

Etymologiam definitio realis excipit, quam licet plurimã, quod in iure definitiones, ob facilem illarum interversionem, valdè sint periculosæ. l. 202. ff. de R. I. omittendam censeant, rectius tamen, Platone & Cicerone censoribus, cuilibet materiæ, quod subiecti naturam atque differentiam breviter & exactè exponat Beck. synops. Iur. publ. in proem. n. 4. præmittitur, nec quicquam Lavoleni ratione in l. 202. ff. de regul. iur. movente, cum illa de Regula seu definitione pragmatica, rei generalitatem explicante, non organica, exaudienda sit, Viglius ad princip. inst. de testam. num. 25.

A

Arius



*Arius Pinellus ad rubric. C. de rescind. vendit. part. 1. c. 3. num. 28. Philipp. Matth. ad l. 1. n. 25. & l. 62. num. 2. ff. de R. I. Christ. Matth. in proleg. syst. pol. sect. 2. q. 1. Plerique, quos & Hunnius sequitur in resol. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 1. locationem conductionem definiunt, quod sit contractus iuris gentium, bonæ fidei, solo consensu initus (quæ tamen verba, quod communis generis differentiæ in specierum definitionibus poni non debeant, Dn. Ludvv. disput. 12. th. 1. lit. H. in fine. omittenda esse, passim inculcat Bachovius in primis ad Treutl. vol. 1. disp. 26. th. 1. lit. C. & D.) quo usus vel fructus vel opera, cum certa mercede illicò constituta mutatur. Brevius Excell. Dn. Hahn, in observ. ad Vvesenb. h. t. n. 3. finit, quod sit contractus, quo usus rei conceditur pro certa mercede pecuniaria: Ubi tamen res, ipsomet monente, generaliter etiam pro persona accipienda; Cæterùm cum in hoc contractu usum rei à personæ usu, sive rem ab opera, accuratè (ceu infra dicenda docebunt) distingui videamus, rectius fortassis hoc pacto definiretur, quod sit contractus, de re vel opera locari solita, cum certa mercede pecuniaria mutanda.*

## III.

Dixi de re vel opera, quo ipso manifestum evadit duplicem esse locationem & conductionem, aliam rerum, aliam factorum seu operarum; illius quidem effectus in usu rei, huius in operis personæ (quamvis persona sive corpus eius ad operas expediendas, labores impendendos, non operæ ipsæ locari videantur, ut Hahn. in observ. ad Vves. h. t. n. 2. putat) conspicitur. In rerum locatione, ut ipse locator habeatur, qui mercede acceptâ, rem dat utendam, conductor, qui mercede data rem accipit utendam, communi Doctorum suffragio per l. 16. §. 3. l. 24. §. 1. l. 33. h. t. idem est: Sed in operarum locatione, res hæc, ob varios opinionum fluctus, aliquam habere videtur difficultatem: Communis schola locatorem facit, qui mercedem accipit, conductorem, qui mercedem dat: Cujacius 2. observ. 28. locatorem qui aliquid faciendum dat, conductorem, qui faciendum accipit, definit; At utraque sententia apertè refellitur per l. 11. §. 3. l. 13. §. 1. 3. 4. l. 51. §. 1. l. 59. l. 60. §. 2. & 3. ff. h. t. vid. Hunn. & Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 1. lit. H. Suth. diss. 15. §. 37. Dn. Schutz. disp. 16. th. 12. Sanè in facti præstandi conductione utrumque, diverso tamen respectu,

&amp; lo.

2671

3.

& locatorem & conductorem esse, verius est, nam si v. c. domum ædificandam reficiendamve architecto loco, in effectu ab ipso operas conduco, & vicissim architectus, opus faciendum condu- cens, in effectu operas locare videtur. l. 22. §. 2. h. t. licet ipse hoc casu, qui prior ad contractum profiliit, locator habendus vid. *Ampliss. Dn. Rebhan. d. ch. 2. cl. 3. parall. 3. p. 537.* adeoque si operis faciendi Dominus artificem rogaverit, ipse locator, artifex con- ductor erit, at si in operis præstandis artifex sese offerat, dominus verò offerentis placitum suscipiat, potius est, ut illum locasse, hunc operas conduxisse dicamus. *Dn. Frantz. exercit. ad Inst. II. quest. 4.* cuius sententiæ rationem *Bocerus* ex conceptione *rubr. ff. & C.* ubi locationis nomina præconductionis postponuntur, depromit, quæ argumentatio etsi valdè levis habeatur, à recta ta- men interpretandi ratione non videtur aliena *Vves. par. ff. de ser- vit. n. 5.* cum Rubrica uniuscujusque legis clavis sit *Hagmei. in exercit. pralim. ad dissert. Suth. thes. 35.*

IV.

Causam efficientem, Philosophis suffragantibus Physicam aliam, aliam moralem esse palàm est. Moralem contractus huius causam humanæ necessitatis & commoditatis supplementum, Physicam remotam quidem ius gentium §. 2. *Inst. de I. N. G. & C. l. 5. ff. de I. & l. 7. §. 1. de pact. l. 1. ff. h. t.* quando quidem ad omnes gentes etiam illum, qui à Republica Romana alienus factus, per- tineat. l. 15. ff. *de interd. & relig.* propinquam verò expressum con- trahentium consensum, quo solo secundum sui naturam perfici- tur, facimus l. 1. ff. *h. t. t. instit. de oblig. ex consensu, ubi Dd.* Scilicet, ne- que scripturam, neque verborum solennitatem, neque rem loca- tio, nisi pacto aliter cautum, desiderat *dd. ll.* nam si v. c. contra- hentium voto, ut scriptura ad eius perfectionem adhibeatur, pla- cuerit, sanè locatio vi conventionis, priusquam scriptura omni- bus numeris fuerit absoluta, perfecta non dicitur l. 17. C. *de fid. instrum. Schneidevv. Vvesenb. Vult. Heig. & Dd. comm. ad princ. Inst. de empt. & vend. Hunn. ad Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 1. quest. 2. Fachin. 2. contrav. 97. Suth. dissert. 15. §. 9.* Quin & inter abentes, orga- nis intervenientibus congruis, rectè expeditur l. 2. §. 2. ff. *de oblig. & act. modò voluntas, antequam ad tertium pervenerit, non revocetur, hâc quippe revocatâ, missio irrita dicenda. argum.*

A 2

l. 4.

Philipp.  
proleg.  
resol. ad  
iniunt,  
usu ini-  
ntiæ in  
ssut. 12.  
in pri-  
fructus  
Brevius  
sit con-  
niaria:  
persona  
ersonæ  
ebunt)  
, quòd  
ede pe-

plicem  
storum  
a operis  
edien-  
tur, ut  
n loca-  
à, rem  
endam,  
33. h. t.  
opinio-  
munis  
em, qui  
uid fa-  
it; At  
45. l. 51.  
l. 1. dispi  
Sanè in  
spectu,  
& lo-



*l. 4. ff. de manum. vind.* quanquam mandatum revocatum ignorans, si missionis contemplatione quicquam fecerit, per dominum sine dubio indemnus conservandus, *arg. l. 22. §. 11. ff. mand.* Heig. *ad princ. instit. de oblig. ex consensu n. 12. confer VVesenb. par. ff. de solut. n. 4.*

## V.

Hæc, quæ de expresso contrahentium consensu adhibendo diximus, in locatione ineunda simpliciter vera sunt: nam in ea, quæ ante inita est, renovanda, tacitus, quem domini patientia vel, ut alii malunt, legis inducit factum, sufficit: sicut namque conductor tempore conductionis impleto, in re conducta remanens, rem pro eodem reconduxisse pretio præsumitur, ita & dominus conductorem in fundo patiens, prædia quidem rustica ad subsequenter annum, ut fructus, qui semel tantum quotannis in agris nascuntur, percipi queant, urbana verò, quoad alteruter contractui renunciaret, locare intelligitur *l. 13. §. fin. l. 14. h. r. ubi Dd. Heig. ad §. conductor inst. h. r.* quanquam hoc cum aliqua temperatione, ut rei usus conductori constare possit, neque ille subito migrare cogatur, faciendum. *l. 7. §. 3. commodari. VVes. par. ff. h. r. n. 8. in fin.* Cæterum quod diximus, locatoris patientiam tacitum reconductionis ius conferre conductori, non procedere sciendum, si ab initio, ut vel stipulatione vel scripturâ contractus perficiatur, conventum, *d. l. 13. §. fin. h. r.* mens siquidem contrahentium, ut non aliter, quam stipulatione scripturâve perfectâ locatio renovaretur, fuisse videtur. *Gorb. ad d. l. 13.* unde nec emphyteusis, quod secundum cõmunem, ad huius substantiam requiratur scriptura. *l. 1. C. de iur. emphyt. Clar. §. emphyteusis. quest. 4. Donell. 9. comm. 13. Schneid. ad §. 3. n. 7. inst. h. r. Heig. ad d. §. 3. n. 24. Niell. disp. feud. 6. th. 7. lit. A. Bronchorst. 1. antin. 78. Schutz. disp. 16. th. 14. Meier. in Colleg. Argent. ad tit. ff. si ager vectigalis per. th. 37. diff. VVes. par. ff. si ager vectig. n. 2. ibique Hahn. tacitè reconduci arbitrantur Fachin. 1. contr. 84. Treutl. ubi Hunn. vol. 1. disp. 29. th. 10. lit. B.* Verùm si simpliciter, ut quotidie fieri videmus, accesserit stipulatio, vel memoria causâ scriptura secus dicendum *argum. leg. 71. pro soc. l. 4. ff. de pignoribus. Oldend. Class 4. acton. 9. pag. 462.* Locatore in furorem verso vel mortuo, prædicta quoque cessare *Vlpianus* notat in *d. l. 14. h. r.* conductio namque, tametsi tacita, consensum effla-

gitat



5.  
 gitat atque voluntatem, quæ furore impeditur *l. 40. ubi Dd ff. de R. l. morte tollitur l. 4. h. t. Geil. 2. obser. 60 n. 16.* Quin ne in pupilli quidem persona, si forte post locatoris mortem tempus conductioni præfinitum expiret, reconductionem procedere asserendum, utpote quod illam patientia, quæ à pupillo abesse creditur. *l. 110. § 2. de R. l. inducat d. l. 14. h. t. VVissenbach. ad d. l. 110. n. 4. de R. l.*

## VI.

Contrahere cum sit de genere permissorum *l. 24. § 1. de minor. l. 17. § 3. commodat. l. 5. C. de O. & A. VVesenb. par. ff. de pact. n. 5.* omnes locare & conducere posse; etiam nulla inter sexum differentiâ habitâ, concludendum. Et si enim à civilibus negotiis atque publicis scæminæ remotæ legantur *l. 2. ubi Dd. ff. de reg. iur. vel quod muliebri pudicitia virilibus se immiscere officiis l. pen. ff. de edendo. l. 1. § 1. de postul. l. 21. C. de proc. Draco de scæminis ad offic. publ. non admitt. th. 17.* atque in publico versari vix congruat. *Val. Maxim. l. 8. c. 3.* vel quod his ob varias, quibus suppositæ, captiones, vix tutò negotia privata expedienda committantur, *l. 4. in fin. C. de sponsal. nedum publica, quæ privatis potiora. VVesenb. par. ff. quod cuiusq. universitat. nom. n. 5.* Veruntamen, cum ab hoc tractatu nuspiam removeantur, atque regulare sit, sexum masculinum scæmininum non per solam legis extensionem, ut post *Dd. comm. Schickhard. in log. iurid. loco 5. Reg. 2. n. 106.* arbitratur, sed per se continere *l. 62. in fin. ff. de leg. 3. Dn. Goedd. ad l. 1. n. 39. & seqq. ff. de V. S.* sine dubio admittendæ erunt. *arg. l. 43. § 1. de procur.* Illos tamen quos à contractibus jura, veluti pupillos minores, furiosos prodigos & c. remouent, remouemus: latiore harum personarum tractationem ad communem de obligationibus locum, ne nimis extra oleas vagemur, remittentes. Milites, ut à multis aliis, ita & ab hoc locationis contractu, ne videlicet eò, quò militandum est, tempore, exactionibus vexentur, atque publico militia jure relicto, ad opera se conferant rurestria, arcentur *l. 31. l. 35. C. h. t. leg. 15. C. de re milit. Galcken. in Comment. ad Arist. 7. polit. 1. n. 20.* ceu illud minimè fas esse etiam Indis visum *Matth. Qua d. l. 2. Geograph. enarrat. cap. 8. pag. 173.* Hinc, cum illud civiliter turpe habeatur, infamiâ non modo notantur, *Hahn. ad VVes de his quæ not. infam. n. 5.* sed & ex ipso contractu nullâ interveniente sententiâ declarantur

A 3;

ratoriâ

ratoriâ, militiâ cadere constitutum, adeò, ut ne quidem Imperiali beneficio, aut Judicis, sub quo tolerandam sortiti militiam, permissu, ipsis regressus ad pristinum detur gradum, *d. l. 31. & 35. C. h. t.* quin nec locatoribus, nisi fortè ignoranter militi quasi pagano rem locaverint, *l. 30. ff. eod. exactio conceditur, dd. ll. Summa Angel. de casib. consc. in verb. locatio. n. 10. Vigel. meth. iur. civ. l. 3. c. 19. n. 70.* An verò hæc in militum personis specialiter constituta, atque cætera privilegia, quibus à Iuris liberantur nexibus, in modernis procedent militibus? sine dubio: antiquæ enim dispositioni relinquenda, quæ expressè correctæ non reperiuntur. *l. sancimus C. de testam. Nobiliss. Dn. Patr. Zhan. in Ichn. mun. cap. 80. n. 6.* Et cur his denegarentur, ratio dari nequit, non enim pro patria tantùm vindicanda, proque laribus & sepulchris avitis, ut Romani olim, verum etiam, quod maius, pro religione sanctissima, quæ certissimum Reipublicæ vinculum *Dn. Schutz disp. 1. th. 13. Heig. ad §. 1. n. 30. instit. de iust. & iur. Nobiliss. Dn. Præcept. Lebleu. disput. de iur. dominationis th. 23. Hahn. ad Wesenb. ff. de l. & l. n. 14. v. quod ad sacra. Dn. Reintk. polit. Bibl. lib. 1. axiom. 6. mortem subire non dubitant: Etergò si non maior, certe idem favor nostris exhibendus *vid. Vaud. lib. 1. var. quest. 55. Gæddâ. de contr. stip. cap. 7. concl. 17. Vigl. & Heig. ad rubr. Inst. de milit. test. n. 5. ibique Dd. comm. Liebenthal. exerc. pol. 14. quest. 9.* Clerici etiam extra necessitatis casum, *c. 1. & 2. ne cler. vel. mon. c. dilecti de decim. conducere prohibentur. c. sacerdotibus ne Cler. vel. mon. Motz. de locat. c. de his qui loc. poss. n. 6 & 7, quod ipsum de parochis nostris, quibus honesta & officio suo convenientia, exercere licet commercia, dicere trepido conf. Dn. Grimmeum in disp. inaug. Rint. habita de fideiuss. th. 8 p. 12.* Denique curialibus, seu Decurionibus (quorum vicem moderno iure consules & senatores agere creduntur *Dn. Zhan. d. tract. cap. 84. n. 3.*) libera conductio, quam sponte ac voluntariò faciunt, ne aliorum negotiorum curâ à suo avocarentur munere, prohibita *l. 6. §. 2. ff. de decur. l. 2. §. 1. de administ. rer. ad civ. pertin.* adeò ut neque locatori neque conductori obligatio, ut *Imp. in l. 30. C. h. t.* loquuntur, competat, necessaria verò, in quam succedunt permilla *l. 4. ff. de decur. ubi Goth. Motz. d. l. n. 5. Vigel. d. lib. 3. c. 24. q. 2. reg. 5. Meier ad h. t. th. 8.* Illud specialiter cautum legitur, *l. unic. C. ne tut. vel. cur. vectig. conduc. ad vectigalia conducenda eos, qui pupillorum adolescentium.**

etiamve tutelam vel curam administrant, non esse admittendos, ne fisci cōditio gravi obiiciatur periculo & vergente ad inopiam tutore, fiscus, donec pupillo satisfactum sit, morari cogatur: sciendum autem incommodo hoc cessante, hanc ipsam constitutionis vim & effectum tolli, atque iccirco eundem, qui fisci vestigalia conduxit, tutelæ administrationem suscipere non prohiberi. *Petrus Vanderanus de privileg. credit. cap. 8. n. 6.*

## VII.

Materiam subiectivam obiectiva, licet multis *Sinckelthaus* *disp. feud. 3. in princ.* contra disputet, excipit, omnium enim prudentium exemplo Princeps locus personis, quarum causa iura non modo constituta *l. 2. ff. de stat. homin.* sed & res comparatæ *l. 28. de usur.* rectè tribuitur. *Heig. ad princ. instit. de iur. person. n. 11. Schneid. ad §. final. n. 3. institut. de I. N. G. & C.* Obiectum autem locationis res sunt, & facta locari solita: Rei vocabulum, etsi generali suâ significatione facta etiam comprehendat, *l. 38. §. 13. l. 73. ff. de V. O.* Interdum tamen à rebus facta non suâ significatione, sed ad speciem factâ applicatione *Frantzky. in disp. de oblig. th. 3. n. 2.* distingui videmus. *§. fin. inst. de V. O.* Illud autem fundamenti loco præmittendum, res illas solùm, quæ neque hominum commercio, quo ad usum, exemptæ, neque utendo absumuntur, locari posse, ad usum quippe non ab usum contractus hic comparatus, *Cujac. 9. observ. 15. Vult. 1. l. R. 36. VVes. par. ff. h. t. n. 3.* unde res quantitate constantes (harum enim usus, nisi vel proprietas alienetur, vel res ipsa consumatur, nullus est *VVes. par. de usufr. ear. rer. n. 2.*) excludi nulli dubitamus. *pulchrè Hotom. illustr. quest. 40. p. 363. & seqq.* Quibus ita expeditis, tempus est, exempla à Doctoribus adduci solita, recensendi non modò, sed & examinandi: Communiter autem &, ut opinor, verè obtinuit, res proprias non solùm (à quibus tamen conducendis Dominus, certo casu excepto, *vid. l. 37. ff. de pignor. act. Petrus Frid. Mindan. lib. 3. de contin. causar. cap. 11. art. 14. excludendus, l. 45. ubi Dd. ff. de R. l. l. 20. C. h. t. cum valdè iniquum videatur, usus nomine ex re propria cuiquam præstare mercedem *VVes. par. ff. h. t. n. 5. Dan. Venat. Anal. iur. Pontif. lib. 3. tit. 18. p. 563.*) sed & alienas, hæctenus scilicet ut obligatio nascatur, locari & conducì posse. *l. 7. l. 9. §. fin. l. 15. §. 8. h. t. l. 28. de contrah. empt. Treutl. volum. 1. disp. 29. th. 2. lit. B. VVesenb. parat. ff. de pactis**

*pañis. num. 6. & h. t. n. 5.* Nam quod dominiũ locatione trans-  
 ferri opinentur plurimi, & contrahentium opinioni, qui saltem  
 hoc, ut propensione usus & fructus in conductorem transeant,  
 egere, & contractus naturæ, quæ idem corpus eandemque for-  
 mam reddere præcipit. *l. 11. §. 2. h. t.* manifeste contrariatur, *l. 39.*  
*eod. l. 65. l. 8. §. fin. ff. de contrah. empt.* aded, ut ne quidem longissi-  
 ma locatio in emphyteusin transeat: contractus enim, non ad-  
 iuncto temporis, sed propriâ conventionis formâ, distinguuntur.  
*l. 2. ff. mand. l. 4. de usur. l. 44. de O. & A.* Accedit quod locatio  
 ad plures annos contrahi posse dicatur *l. 24. §. fin. l. 32. l. 60. ff. h. t.*  
 quæ verba v. g. ad quinquennium restringere velle, & divinato-  
 rium & à Iuris ratione alienum: Nec movet, quod *secundum com-  
 munem* bona illa; quorum nomine per 30, vel 40. annos unifor-  
 mis præstita pensio, non pro locatis, sed emphyteuticis habeantur;  
 nam tum demum hoc perpetuæ coloniarum ius præscriptum  
 creditur, quando in initio locationem non intervenisse non ap-  
 paret. *Francisc. Balb. de præscript. part. 4. princip. quest. 9. n. 1. & seqq.*  
*Hunn. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 4. lit. c. Hahn. ad Vvesenb. h. t. nu. 8.*  
*ubi duo refert responsa & par. 2. de cens. p. 1174.* denique optimè fa-  
 ciunt, *l. 13. §. 11. h. t. l. 67. §. fin. de furt.* videndi sunt hac de re, *Ar.*  
*Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. part. 3. num. 66. & 67. Vasq. de success.*  
*creat. lib. 1. §. 10. n. 78. Arnold. de Reyg. in th. iur. in voc. locatio n. 21.*  
*Vvesenb. par. ff. h. t. num. 8. ubi Dr. Hahn. Heig. ad §. 3. n. 5. inst. h. t.*  
*Bronch. 2. assert. 67. Andr. Gerh. dec. 15. quest. 3. Frantz. exercit. 11. q. 5.*  
*Niell. disp. feud. 6. th. 7. lit. a. Diff. Donell. 13. comment. 6. Motz. cap. de loc.*  
*divis. n. 7. Clar. §. fin. lib. 5. præct. crim. quest. 82. statuto s. n. 4.* Illud  
 tamen sciendum, locatorem, rem alienam esse ignorantem, con-  
 ductori à Domino re conductâ uti prohibito, ad interesse *l. 7. l. 8.*  
*l. 15. §. 8. h. t. Molin. in extricatione labyrinth. de eo quod interest. n. 176.*  
 scientem etiam de dolo teneri *l. 28. C. eod. Lag. method. iur. part. 3.*  
*cap. 19. n. 8.* Hæc quæ de rebus propriis dicta, in communibus, mo-  
 dò sociorum intercedat consensus aut ratihabitio, cum illa in  
 omnibus tam facti quàm iuris quæstionibus mandato compare-  
 tur *l. fin. C. ad Scutum Maced. l. 25. de donat. inter vir & uxo. Heig. ad*  
*§. religiosum. n. 10. Instit. de Rer. divis. Myns. 1. observ. 44. Vvesenb. par. ff.*  
*de procur. n. 4. & quod iussu in fin. sine dubio procedent, illud saltem*  
 dubium, an altero invito res communis locari possit? Quod in-  
 distin-

9.  
 distinctè negat *Treutl. vol. 1. d. 29. th. 2. lit. E.* Nobis verò socium  
 communem fundum locari solitum, altero etiam reclamante,  
 personæ honestæ locare posse, verius videtur *vid. Menoch. de A. 1. Q.*  
*lib. 2. cas. 442.* Est namque perpetuum, socium, invito altero,  
 re communi ad usum destinatum, secundum communionis na-  
 turam uti posse. *l. 52. §. 15. pro soc. l. 32. l. 41. ff. de damn. inf. Geil. lib. de*  
*pignorat. c. 20. n. 9. Heig. ad §. religiosum n. 8. Inst. de R. D.* Cùm ergò so-  
 cius in re ad locandum destinata, iure utatur suo, sanè alter, quod  
 queratur, non habet. *l. 151. l. 155. ff. de R. l.* An feudum ad lon-  
 gum præsertim tempus locari possit, dubiæ quæstionis est? Illud  
 citra commissi metum fieri non posse, communis est conclusio  
*Clar. in §. feudū q. 33. n. 1. Zasius Epit. feud. part. 9. n. 12. p. 97. Hanneton. de*  
*iur. feud. lib. 5. c. 5. Myns. 6. obs. 30 n. 1. Vig. meth. feud. t. 5. caus. 37. VVes. de*  
*feud. c. 11. n. 7. Gædd. disp. feud. 8. th. 6. lit. D.* ratio datur, quod alienare  
 prohibitus, etiam ad longum tempus locare prohibitus censea-  
 tur. *Socin. R. l. 11.* Pleriq; tamen contra statuunt, etenim nihilomi-  
 nus Vasallus ad servitia obeunda idoneus est, quandoquidē mer-  
 cede ex locatione redactâ, perinde sit, quasi rem ipsam habeat  
*arg. leg. 38. l. 39. ff. de usufr. quæ opinio apertè probari videtur 2. F. 9.*  
*§. donare,* ubi tum saltem locatio, quando fraudulenta esset aliena-  
 tio, prohibetur, quod pulchrè declarat *Niell. disp. feud. 6. th. 7. lit. A.*  
*in fin. Clariss. Dn. Goth. Anch. disp. feud. 9. th. 3. lit. B. late Finckelth. disp.*  
*feud. 9. controv. 15. Hunn. de feud. cap. 12. quæst. 7.* Usufructuarium  
 usumfructum invito etiam proprietario locare posse apertissi-  
 mum est. *§. 1. ubi Dd. de usu & habitatione l. 12. §. 2. de usufructu. cùm &*  
*ipsum alienare d. l. 12. §. 2. l. 33. l. 67. de usufructu. imò cedere pos-*  
*sit l. 13. C. eod. l. usufructu. ff. soluto matr. vid. Cont. 1. disp. iur. Civil. c. 12.*  
*VVes. par. ff. quib. mod. ususfr. n. 5. Heig. ad §. final. n. 14. de usufructu.*  
*Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 16. th. 10. lit. A. Schurz. disp. 6. th. 23. Diss.*  
*Hunn. ad Treutl. d. l. quæst. 27. Frantzck. exerc. 5. q. 5. n. 9. ceu etiam*  
 anno 1644. 23. Iulii responsum esse, daß gedachte Catharina Bösels/  
 auß in Ehe pactis ad vitam ihr verschriebenes Haus / so viel dessen  
 usumfructum oder nießbare Berechtigtheit betriffte / jemand zu cediren  
 vnd abzutretten befugt / *Hahn. notat ad VVes. d. nu. 5.* Illud indu-  
 bium est, neque servitutes reales, nisi cum prædiis *l. 44. h. r. l. 11.*  
*§. fin. de pign. VVesenb. par. ff. h. r. n. 5. neque ius patronatus, nisi cum*  
 universitate bonorum. *c. cum Bertoldus, de re iud. c. ex literis. de iur.*

B

patron.

*patron. Motz. cap. de reb. que loc. n. 9. Meier ad h. t. th. II. neque usum  
 princ. Inst. de us. & hab. quia hoc pacto usuarius re ad necessitates  
 suas, contra usus naturam, uti desineret. VVes. par. eod. n. 2. locari  
 posse, præterquam quando usus propter locationis intermissio-  
 nem inutilis futurus. l. 22. ff. eod. vel tam spatiosæ domus usus ho-  
 mini mediocri relictus, ut portiunculâ contentus sit l. 4. ff. eod.  
 Schneidevv. ad d. princ. n. 9. Heig. ibid. n. 7. Habitationem alii lo-  
 cari posse, ut ex ea is, cui id ius competit, mercedem accipiat,  
 apertè decisum l. 13. C. de usufr. & usu leg. licet alii Capoll. de servitut.  
 Urban. prad. cap. 16. subtiliter inter ædium usum & habitationem  
 legatam distinguant, & hanc locari concedant, illum minimè,  
 quòd à legum nostrarum simplicitate alienum videri potest,  
 ideoque hac de re accuratius deliberandum, quàm ut absque lege  
 quid profiteamur Heig. ad §. sed si cui n. 10. de usu & habit. sanè olim  
 habitationem alteri locari non potuisse, quòd habitationis ius  
 nullum, nisi in ipso eius facto, cui constituta, existat, nonnullis  
 visum Jctis. l. 10. ff. de us. & habit. ubi VVesenb. n. 7. Jurisdictionem  
 etiam territorialem, quòd illa territorio passivè & materialiter in-  
 sit, magistratui activè & formaliter VVes. par. ff. de iurid. n. 10. Goedd.  
 de Baron. Vallend. rest. n. 475. Dn. Reinck. de R. S. & E. lib. 1. class. 5. c. 1.  
 n. 5. & 6. locari non posse, Baldus asserit, cuius tamen doctrina de  
 consuetudine non servatur. Panschm. de loc. & cond. quest. 18. n. 80.  
 Jus monetandi (quod à iure monetæ subtiliores distinguunt, il-  
 lud Imperii statibus regale, hoc non tam vi Jurisdictionis territo-  
 rialis, quàm ex præscriptione aut beneficio ac permisso Impera-  
 torio exercentibus Myler. de Princip. & stat. Imp. c. 71. n. 1. hoc soli  
 Imperatori tribuentes Beck. synops. iur. publ. lib. 3. cap. 4. pag. 252.)  
 locari non posse, novissimæ Imperii constitutiones apertè do-  
 cent. vid. Recept. Imp. de anno 1551. §. So haben wir. ibi: die jenige/  
 so von uns vnd vnserer Vorfahren im Reich mit dem Regal der Münz/  
 gefreyet sein/ solche Münz-freyheiten niemand anders/ wer die werem/  
 verkauffen/ verleyhen oder in andere wege vergönnen oder zustellen solle/  
 sondern derselben selbst vnd nemblich der gestalt zugebrauchen & c. Ve-  
 rum valdè perperam ab hoc jure consuetudo recessit Treuil. vol. 2.  
 disp. 32. th. 8. lit. E. Superest, ut de factorum locatione loquamur,  
 qualia sunt, non omnia, nec quævis, sed locari solita, ut Jctus do-  
 cet, in l. 5. §. at cum do. ff. de presc. verb. circa cuius rei definitionem*

Trens-

Treutlero iudice vol. 1. disp. 29. th 2. lit. G. mira Doctorum variatio:  
 Definitio Vultei lib. 1. l. R. cap. 36. num. 10. quâ facta locari solita,  
 opera hominis in re alterius positâ, & hominis corpore vel toto,  
 vel aliquâ eius parte præstitâ dicuntur, Bachovio obscura, quod  
 non satis appareat, quid per rem alterius intelligat, Hunnio im-  
 perfecta, quod in re non solum alterius, sed & persona facta exer-  
 ceantur l. 19. §. 7. h. t. videtur. Placet Donellus, quem sequuntur  
 Heig. ad princip. n. 4. inst. h. t. Hunn. ad Treutl. d. l. quest. 7. qui lib. 13.  
 comm. iur. c. 16. facta locari solita vocat, quæ quis nomine nostro  
 aut in re nostra, veluti, si convenerim cum Titio, ut mihi tabulam  
 pingat, vel ex auro meo anulum conficiat, l. 20. l. 65. de contrah.  
 empr. aut in persona nostra, veluti si dem nautæ aut aurigæ, ut me ve-  
 hat. l. 19 §. si quis mulierem. h. t. pro certa mercede constituta exer-  
 cet. Huc optimè Treutl. d. l. operas famulorum mercede con-  
 ductorum refert; at pessimè addit, illos, non nisi ob nimiam do-  
 minorum sævitiam aufugere posse, cum enim contractu hoc non  
 aliquot proprietatis dominium, cui olim subiiciebantur servi  
 l. 5. de stat. hom. § 2. Inst. de iure person. sed ius solum modò comparetur  
 ad operas & famulatum præstandum Matth. Steph. v. 1. par. 1. disp. 5.  
 th. 16. Hahn. ad VVes. de manumiss. n. 1. in fine. certè Domino homi-  
 nes liberos ex contractu obligatos verberibus castigandos relin-  
 quere, vix permittendum, confer. Bachov. ad Treutl. d. l. quanquam  
 statutis hoc passim limitari videamus, da dem Herren zugelassen  
 wird/ sein gedingt Befinde/ wegen ihres verbrechens/ mit Schlägen  
 zuzüchtigen. vid. statut. Lubek. Cum de operis loquamur, mantissæ  
 loco, operosam de subditorum operis annectemus quæstionem,  
 an videlicet Dominus has alteri cedere vel locare possit? Quod  
 alii simpliciter per l. 26. §. 12. de condict. indeb. alii tum demum si  
 stata ac certa sint servitia, quæ vulgò gemessene Frohn oder Herren-  
 dienste vocantur, nec subditorum conditio inde deterior fiat, ad-  
 mittunt. Cæterùm illas regulariter locari non posse, sequentia  
 evincunt. Jure namque privilegii personalis competunt, unde  
 proprietates earum, & in edentis, & in eius cui eduntur, persona  
 consistere dicitur. l. 9. §. 1. de op. libert. quæ autem sunt eiusmodi, in  
 alterum neque transferri, neque cedi, neque locari possunt VVes.  
 par. ff. de off. eius cui mand. iurud. n. 4. Dein, cum subditi propriâ  
 auctoritate obedientiam domino subtrahere nequeant Geil. l. de

B 2 arrest.



*arrest. imp. cap. 8. n. 13. Dn. Zahn. de iur. municip. c. 3. cur domino operas debitas locando in alium, hominem fortassis austerum acerbum ac rixosum valdè, transferre permetteretur? fides utique reciproca esse debet. Zas. de feud. part. 7. n. 56. Dn. Iohan. Francisc. Balchasar. de operis subdit. cap. 19. pag. 467. Quid? quod servitia illa sint mixta, partim personalia, quatenus à persona prædium inhabitante præstantur, partim realia, quatenus intuitu possessionis prædii exhibentur? VVes. par. ff. de muner. & honor. n. 5. Dn. Balchasar. d. tract. cap. 1. vers. & inter. p. 7. & c. 4. v. quinto pag. 73. & seqq. & cap. 10. p. 235. v. deinde, quibus utique consequens est, eas nulli, præterquam in prædio & persona Jurisdictionem habenti, exhiberi necesse esse, Dn. Balch. in eleg. tract. de oper. subd. c. 16. ubi tamen hanc opinionem ob imminentem necessitatem, veluti quando dominus alieno ære oppressus, limitandam censet. Certè necessitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium. Senec. lib. 1. de clem. flumen fatale & irremeabile, Zahn. d. tract. cap. 4. num. 12. imò legum planè nescia est. Geil. l. 1. observ. 102. n. 8. & 13. Zas. de feud. part. 5. n. 58. Chuno disp. ad ff. concl. 30. Unde eum, qui incendii vel aquæ vitandæ causâ carcerem effregit, effracti carceris pœna non teneri dicimus: l. 49. §. 1. ad L. Aquil. Goth. ad l. 1. ff. de furt. ut valdè æqua hæc videatur temperatio: Quid? quod tempore penuriæ urgentisque necessitatis privilegia sileant, omnisque revocetur immunitas l. pro tyronibus C. de privil. dom. August. Dn. Præceptor. Lebleu. de legib. & privil. th. 106. Dn. Richter regul. iur. 46. n. 5. Mynsing. 4. observ. 70. Balch. d. tr. c. 9. v. quarto. pag. 192. Quid? quod in necessitatis casu Dominus subditorum operas in pecuniariam præstationem, iuxta tamen boni viri æstimationem, convertere possit? l. 1. l. 6. C. de oper. libert. loh. VVurmbf. de iur. publ. exerc. 9. concl. 43. Hahn. in observ. VVesenb. ff. de op. libert. num. 4. Dn. Balch. d. cap. 16. Nihil movet l. 26. §. 12. ff. de condict. indeb. cum de artificialibus operis, quales rusticorum servitia non creduntur, utpote quæ sine doctrinæ habitu ad utilitatem præcipuè Domini præstantur: Balch. d. tract. cap. 5. vers. officiales. pag. 85. & seqq. agat, quæ utique alteri cedi possunt, ceu & hac ratione motus Zasius statuit Dominum feudi operas Vasalli, si forte servitia in fabrilibus præstanda essent, alteri delegare posse, Zas. part. 7. de feud. n. 63.*



Tria *dd.* contractus huius substantialia faciunt, *consensum* *rem* & *mercedem*, non quòd præstatio rei & mercedis ad locationis perfectione, sed consummationem & implementum spectet. *Hunn. ad Treut. vol. 1. disput. 29. th. 1. in princip. vers. Neque assertioni:* Hactenus ergò, cum de consensu & re plus latis dixerimus, de mercede, quam locarium nuncupavere veteres, quædam admonendi sumus. Tàm necessaria autem est mercedis expressio, ut hæc non interveniente, locationis contractus perfectus (actu saltem secundo) non habeatur, imò ne summus quidem Princeps hæc non expressâ locationem contrahere possit. *Hahn. ad VVesenb. ff. de constit. Princip. n. 2. vers. instar privatorum*, præterquam enim quod ex contractus natura illud veniat, manifestum est, Principem in contractibus, communibus uti debere Juribus. *VVesenb. de constit. Princip. n. 2. in fin. & de Feudis cap. 1. n. 9.* at illa mercedis expressio- nem requirunt: ceu & ex hoc fundamento privatorum instar ipsum obligari volunt, *vid. Dn. Lebleu in Princip. success. p. 43.* atque ita obligari, ut etiam de plenitudine potestatis contra proprium contractum venire nequeat. *Geil. l. 2. obser. 55. n. 7. Dn. Lebl. de leg. & privil. th. 98. Bodin. 1. de Rep. 8. n. 100.* nisi fortè in magnum Principatus damnum contraxisset *Zaf. epit. feud. part 3. n. 17.* Cæterum, ut è diverticulo in viam redeamus, licet merces, (quæ vel à merendo, vel quod merenti cedat dicta) propriè laboris præmium sit, *l. 34. in fin. de donationib.* In hac tamen materia præcium *vid. l. 35. §. 1. l. 28 §. 2. l. 51. §. 1. ff. locat. cond. Borch. ad princ. instit. h. 1. Schutz. disp. 16. th. 12. lit. A.* quod pro rei usu, vel personæ opera accipitur, denotat, dicitur aliàs reditus, *vid. l. 21. de ann. legat. Cutac. 4. obs. 24. Hotom. illust. quest. 40. pag. 351.* quasi singulis annis rediens, aliàs pensio, quæ vox à Romanis, quòd cum primum ære gravi & non signato in commerciis uti cepissent, penso eo debita solverent, deducta videtur; *Oldend. class. 4. act. 9. sub pract. n. 3.* Quemadmodum verò in emptione, & certum & competens præcium (uno enim nummo factam, quòd donationem sapiat, non valere constat *l. 38. de contrah. empt. l. 10. de acq. poss. Anton. Cont. 1. disp. iur. civil. cap. 16. Eberh. in top. in loco à vi numeri. n. 12. Heig. ad §. 1. n. 5. Inst. de empt. & vend. Suth. dissert. 15. §. 17. Schutz. disp. 16. th. 3. lit. A. Philipp. Matth. ad. l. 16. n. 7. & seqq. ff. de regulis iuris.*)

B 3,

esse:

esse debet. § 1. & 2. *Inst. de empt. & vend. ubi Dd.* ita in locatione mercede, si non exacta, aliqua tamen requiritur proportio *l. 46 ff. h. t.* imò merces hic requiritur certa. §. 1. *h. t. l. 2. ff. eodem.* Unde colligere licet, locationem, quæ justæ saltem mercedis absque alia determinatione mentionem continet, perfectam non esse, et si traditione sequutâ recipientem ex rei usu ad justam mercedem, ut ipso facto, nulla etiam conventionem præcedente, teneretur, teneri *Pinellus* velit ad *rubr. C. de resc. vend. p. 2. cap. 1. n. 24.* Nec impedit. *l. 16 §. fin. de pignor.* Illic enim pactum venditionis justo precio pignori accedit, qui casus plane diversus à nostro, quo locationis pactum per se consideratur, *confer Fachin. 2. controvers. 1.* Communiter tamen receptum esse eum, qui rem certâ mercede vel pensione locari solitam conduxerit, mercede certâ non constitutâ, illam præstare debere, quæ pro re dari communitate solet, attestantur *Panschm. de loc. & cond. q. 23. n. 11. Schneid. ad §. 7 n. 19. instit. de act. Reyger in thesauro juris in voce locatio. n. 1. Heig. ad princ. n. 10. inst. h. t. Geil. l. 2. obs. 23. n. 28. Suth. disp. 15. aphor. 42. per leg. 18. C. h. t.* Ex quibus sequeretur, ut perfecta intelligatur locatio, sufficere mercedis certitudinem consuetudine saltem definiri, licet verbis disertis mercedis quantitas expressa non sit, quod *Ar. Pinell. d. l. p. 2. c. 3. n. 5. & seqq. displicet,* cum locationis substantia, quæ in mercede consistit, certa à consuetudine suppleri nequeat, contra quem stat *Heig. dict. loc.*

## IX.

Dixi certam esse mercedem debere: Certa autem fit (1.) expressâ ab ipsis contrahentibus determinatione factâ, *princ. instit. de empt. & vend. l. fin. C. eod.* queis tamen se invicem, modò non fiat doloso contrahentium animo, sed studio naturali propriam promovendi utilitatem, *Mynsing. 6. observ. 38. naturaliter h. e. ex contractus natura Didac. Covarruv. lib. 2. var. resol. cap. 3. n. 2. Reinck. pol. bibl. lib. 3. axiom. 48. p. 838. circumvenire licet l. 16. § Pomponius. ff. de minoribus l. 22. §. fin. l. 23. ff. h. t. c. pen. X. de empt. Panschm. de loc. & cond. q. 1. n. 12.* etenim si ob inæqualitatem in dubium & controversiam vocari posset contractus, quotusquisq; non esset calumniæ proximus? *Vves par. ff. de rescind. vend. n. 4.* Unde nec viri boni officio id repugnare asserit, *Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 3. L. C.* Quod, ut credamus, à nobis impetrare non possumus, fallacis enim

enim potius atque malitiosus est, quam viri boni aliquem decipere  
*Cic. 3. offic. proinde nec in conscientia foro, cum simpliciter na-  
 turæ atque Decalogi lege beneficio adjuvare proximum jubea-  
 mur, Luc. 10. v. 27. huic sententiæ locus erit Bachov. ad Treutl. d. l.  
 Ar. Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 1. cap. 1. n. 35. Thom. Ferrat. cau-  
 rel. 4. n. 2. Covarr. d. lib. 2. cap. 4. num. 11. Arnif. 1. polit. 13. p. m. 320.  
 Schurz. disp. 16. th. 9. lit. B. Hahn in observ. Wesenb. de contrab. empt.  
 n. 13. Frantzk. exerc. 11. quest. 3. Nec legum obstat autoritas nam  
 qui jure civili tutus est, non statim in conscientia tutus est *Dn.  
 Chuno disp. ad ff. 1. concl. 70.* Deinde lex illud non præcipit, neque  
 suadet, sed, quia malas hominum voluntates ad plenum prohi-  
 bere nequit, cum displicentia quadam permittit; quod autem  
 permittitur, sine vitio non est. *c. novi. dist. 13. c. hac ratione 31. q. 1.  
 (2.)* Fit certa per relationem ad aliud, v. c. quantam pensionem  
*Titius ex re accipit locata, tantam & tibi dabo, quin & hujusmo-  
 di locatio, quantum precii in arca habeo, non secus atque emptio  
 l. 7. §. 1. de contrab. empt. Pinell. ad rubr. C. de rescind. vend. p. 2. c. 1.  
 n. 2. & 3. Fachin. 2. contrav. 1. Heig. ad §. 1. n. 9. Instit. de empt. Vult. ad  
 princ. n. 46. eod. valebit, nec enim incerta esse potest quantitatis  
 ratio, cum tam evidenter ad rem certam referatur. (3.) Per certæ  
 personæ arbitrium l. 25. h. t. Et ergo si in arbitrium tertij mer-  
 cedis definitio collata, tum vel planè non arbitratur, possitne  
 annon velit, nihil refert, & hoc casu contractum nullum esse ve-  
 rius est. §. 1. de empt. l. fin. C. eodem. l. 25. ubi Goth. h. t. l. 75. pro soc.  
 l. 44. de V. O. Gædd. de contrab. stip. c. 8. n. 171. & seqq. Suth. diff. 15.  
 §. 20. Vel iniquè arbitratur: quo casu contractus quidem subsi-  
 stit. l. fin. C. de contrab. empt. sed ad boni viri arbitrium iniquita-  
 tem ad partis petitionem corrigentis fit reductio, l. 76. l. 77. pro soc.  
 l. 137. §. 2. de V. O. l. 58. §. 1. l. 24. h. t. Neque per verbum omnimodo,  
 quo Imper. in d. l. fin. utitur, beneficium hoc sublatum videri de-  
 bet, civiliter namque illud, nisi injustum sit arbitrium, accipien-  
 dum, vel quia hoc casu non tam personæ quàm æquitati arbitrium  
 insertum videtur, Phil. Matth. ad l. 22. §. 1. n. 13. ff. de R. I. vel quia  
 contrahentes ad arbitratorem alio animo, quam ut justa esset  
 mercedis definitio, accessisse non creduntur, Heig. ad §. 1. n. 13. & 14.  
 de empt. Aut læsio, inquit, fit infra dimidiam justi pretii æstima-  
 tionem & contractus natura, secundum quam se. invicem deci-  
 pere:**

pere licet, reductionem inhibet, aut ultra dimidiam, & ex legis beneficio vid. *Vvesenb. de act. empt. n. 8. in fin.* alternativè, vel ut iustum præstetur pretium, vel iniquo abeat contractu, agere licet *l. 2. C. de rescind. vend.* quid ergò reductione opus? Respondemus, imò quamlibet etiam in reductione sufficere læsionem, modò iniquitatem in se contineat manifestam *Heig. d. l. n. 14.* Diversa verò ratio est, quando ab ipsis contrahentibus pretium determinatum: Deinde cur beneficium *d. l. 2.* quod extraordinarium; implorandum esset, cum actio ordinaria ex contractu *l. 79. ff. pro soc.* quæ plenior non modò, sed & expeditior, supersit? vid. *Bachov. ad Treutl. d. l. L. E. Schutz disp. 16. th. 4. Schrôt. ad Suth. disp. 15. §. 19.* Denique admonendi sumus, frustra in arbitrium alicuius rem suam committi dirimendam *l. 108. §. fin. ff. de V. O. l. 35. §. 1. de contr. empt. l. 23. C. eod.* Et facetus est *Accursius* inter arbitrum & arbitratores distinguens vid. *Vaud. l. 1. var. quest. 45.*

## X.

In qua verò re merces constituatur explicare tempestivum: Plerique Neotericorum quamlibet rem fungibilem locationis mercedem faciunt, late *Arius Pinell. ad rubr. C. de resc. vend. p. 2. c. 3. n. 28. Cujac. ad Afric. tract. 8. p. 528. Vvesenb. par. ff. h. t. n. 7. Heig. ad princ. eod. n. 16. & seqq. & Vult. num. 19. Bronch. cent. 1. ass. 94. Anth. Matth. disp. ad instit. 16. th. 10. Hanon. disp. 16. th. 17. Andreas Gerhardi decad. 15. quest. 1.* Alii verò in operarum locatione pecuniam numeratã, in locatione rerum rem fungibilem requirunt, *Thom. Sindem. ad h. t. th. 5. quo inclinare videtur Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 3. L. G.* sed verius est, locationis mercedem in pecunia numerata consistere, siue sit locatio rei *l. 25. §. 6. h. t.* siue operarum *l. 1. §. 9. ff. deposit. l. 5. §. 2. ff. de prasc. verb.* ubi *Paulus* aperte: *At cum do, ut facias, si tale sit factum, quod locari solet; puta, ut tabulam pingas, pecuniã datã locatio erit, sicut superiore casu emptio; si res, non erit locatio, sed nascetur vel civilis actio in hoc, quod mea interest, vel ad repetendum condictio.* Neque, quod post *Coras.* vult *Heigius* pecuniæ verbum hic commodè de re quavis fungibili accipi potest, cum quia opponitur rei (nam quod *Pinell. d. l. n. 34.* verba illa, si res sit, ad differentiam rei vel operæ in locationem deductæ refert, apertam *Jcti* mentem evertit,) tum quia talis requiritur pecunia, qualis in emptione adhibetur, *Bachov. ad Treutl. d. l. G.* Et hæc opinio est commu-

communis. Dissidentes vehementer urgent. l. 21. C. h. t. verum  
 ibi locatio improprie accipitur: sed qui fieri id potest, inquit,  
 cum locandi verbo lex utatur sub titulo de locato, at ita lex. ut  
 titulo, sub quo posita, congruat interpretanda. *Fachin. 1. contr. 11.*  
*vers. secundum:* Quid? quod contractum hunc dicat bona fidei, si  
 bona fides, locatio igitur vera, contractus enim locationi similis,  
 veluti do ut facias, bona fidei esse nequit: At verò, qui vera hic  
 intelligi potest locatio, cum fructus, quorum abusus est, locari  
 dicantur? Potius ergo est, ut ipsam gesti negotii substantiam,  
 quam contractus ab ipsis contrahentibus factam denominatione  
 inspiciamus l. 5. C. de iur. & fact. ign. Heig. ad §. 2. n. 4. h. t. *Arius*  
*Pinell d. p. 2. c. 1. n. 12.* Accedit, quod verborum civilium proprietas  
 è Codice atq; adèd *Imp. constitutionibus*, qui *παραχέρος* locuti,  
 de verbis non ita, quemadmodum in Digestis Jcti solliciti, mini-  
 mè petenda sit. *Hagmei. ad Suth. exerc. 1. th. 4.* Deinde ut & reli-  
 qua removeamus, bona fides ibi non ut in §. 28. & 30. *Inst. de act.*  
 accipitur, sed ut in l. 4. C. de O. & A. quod, scilicet, si dolo vel frau-  
 de contractum esset, contractus non subsisteret. Minus impe-  
 dit l. 8. C. h. t. etsi enim quantitatis nomen generale, l. 95. de leg. 3.  
 l. 11. §. 1. de iur. d. l. 19. §. 1. de auro & arg. leg. *Hunn. ad Treutl. vol. 1.*  
*disp. 18. th. 1. l. F. q. 6. Schurz. disp. 13. th. 6. L. D. Suth. disp. 13. §. 3.* Sæpissi-  
 mè tamen hanc pecuniam numeratam contineri egregiè firmat.  
*Gædd. ad l. 4. n. 24. & seqq. ff. de V. S.* Cùm ergo leges supra alle-  
 gatæ pecuniam numeratam desiderent, nullum dubium est, quin  
 sub quantitatis nomine hæc intelligatur, vid. *Fachin. lib. 2. con-*  
*tr. cap. 82. Schickh. in logica iurid. loco 1. cap. 1. n. 123. Forster. part. 1.*  
*disp. 18. quest. 10. Schneidevv. ad §. 28. c. de act. loc. num. 11. inst. de act.*  
*Hunn. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 3. q. 21. Schurz. disp. 16. th. 12. Hahn.*  
*ad VVes. h. t. n. 7. p. 1053.*

## XI.

Finis locationis, qui & omnium contractuum, est, ut com-  
 municato rerum usu, hominum necessitatibus obviam eatur:  
 Enim verò cum loco universalis bonorum communionis ob ni-  
 miam hominum malitiã invalescentem, dominorum distinctio,  
 ab universis gentibus certo quodam naturæ iudicio approbata  
 fuerit l. 5. ff. de I. & I. necessitate exigente contractus, ut per hos &  
 res & rerum usus communicentur, introducti. § 2. ubi *Dd. inst. de I.*  
*N. G. & C.*

C

XII. E.

Effectus locationis & conductionis est obligatio : Cùm verò obligationum partus atque proprii effectus sint actiones, *Frantzke disp. de obl. ch. 36. n. 1. VVesemb. par. ff. de procur. n. 8.* de hisce dicendum est. Sciendum autem obligationem hanc, cùm par sit utriusque contrahentis ratio in obligatione constituenda, *vid. VVes. par. ff. de act. pign. n. 9.* duplicem producere actionem, unam locatori tribuentem, alteram conductori. Actio ex locato, quæ non secus atque ipse contractus, bonæ fidei est, locatori datur, contra conductorem, ejusq; heredes, (1.) ut pensio rei locatæ persolvatur: Sicut namque à locatore conductori commodus præstandus rei usus, sicut infra dicenda docebunt: ita ex adverso conductorem locator ad pensionem persolvendam obligatum habet, aded ut in solutione cessantem post biennium, etsi pænalis de non expellendo stipulatio intercesserit, rectè expellat, *l. 54. §. 1. l. 56. l. pen. h. t. l. 3. C. eod.* non quidem propriâ, sed judicis auctoritate, *tot. tit. Cod. ne quis in. prop. caus.* cum periculosum non solum, sed & pessimi sit exempli quemque sibi jus dicere, *l. 10. ff. de iurisd. dict.* atque privatorum relinquere arbitrio, quæ publicè per magistratum fieri debent, *l. 167. ff. de R. l.* Nihil illa repellendi & expellendi verba, quæ in *dd. ll.* reperiuntur, movent, cum per hæc non vis, publicæ tranquillitati perniciofa, sed expulsio legitima, quæ Juris atque Judicis expeditur auctoritate, intelligenda *Heig. ad §. 3. n. 38. Inst. h. t. Hunn. de iurid. pol. in prolegom. q. 1. pag. 6. Fachin. 1. controv. 59.* In hanc actionem etiam usuras venire post moram admonere supervacuum *l. 54. h. t.* illud enim omnibus bonæ fidei judiciis commune esse satis constanter veteres decreverunt, *l. 32. §. 2. ubi Dd. ff. de usur.*

## XIII.

Dixi in pensionis solutione cessantem expelli posse, quo ergò tempore persolvenda sit, inquirendum? Qua in re definienda etsi valdè varietur, saniores tamen quique in dubio, si verba deficiunt contrahentium, regionis consuetudinem consulendam esse, rectè censuere, quandoquidem hæc non modò optima legum, sed & contractuum sit interpret, *l. 6. de evict. l. sine §. Lucius de admin. tut. VVes. par. ff. de leg. n. 9. vers. effectus. Heig. ad prin. n. 12. h. t. Geil. de Arrest. Imper. 6. 7. n. 8. Philipp. Matth. ad l. 9. num. 14.*

& seqq.

& seqq. ff R. l. Quod si verò nec hæc appareat, illam in anni fine, vel si opns faciendum conductum, opere perfecto persolvendam esse, *argum. l. 34. ff. de R. l. videri potest, illa enim in usus compensationem persolvitur, usu itaque nec dum finito, nec compensatio persolvenda: Quæ sententia, ut communior, ita & verior, Hier. Clarius ad l. 3. C. h. t. Summa Angelica in verb. locatio. n. 12. Lagus meth. iur. p. 3. c. 19. n. 13. & 14. Schneidevv. ad § 7. n. 16 de act. Vves. par ff. h. t. n. 14. Treut. vol. 1. disp. 29. th. 3. lit. H.* Et si verò in locatione ad annum respiciatur præstationem l. 8. C. h. t. si quidem illud locatoris non modo, ut pecuniam suis accipiat temporibus vid. *Clar. §. emphyteusis. q. 12. n. 2. sed & conductoris, cum sic commodius pensionem persolvere possit, vid. Panschm. de locat. q. 17. n. 93. in fine. interesse videtur: Attamen de locationis substantia, ut in singulos annos distribuatur pretium, haud esse potest, contractantium enim arbitrio & potestati, utrum unicam mercedem in plures, an in singulos constituere velint annos, expressè relinquitur, l. 51. §. 1. h. t.* Et ergò Bartolus, hoc casu emptionem & venditionem contrahi existimans suavis est, quem notat *Panschm. d. 17. q. 18. n. 56. & seqq.*

XIV.

Actio etiam locati ad damnum conductoris dolo atque culpa contractum præstandum competit, l. 9. §. 3. h. t. l. 11. §. 1. l. 25. §. 3. l. 43. h. t. l. 28. C. eod. et si ab initio, ne dolus præstetur, conventum: pactum enim illud, cum bonis contrarietur moribus, leges improbant, l. 23. de R. l. l. 27. §. illud. de pactis, l. 17. commodat. l. 1. §. 7. depositi. *Horom. illust. quest. 37. p. 329. Vult. 1. discept. schol. c. 15. p. 123. Treutl. vol. 1. disp. 26. rh. 2. lit. A. Geil. 2. observ. 145. n. 3.* Culpæ autem ipsius & illud adnumeratur, si propter inimicitiam eius (quòd ad justam non iniustam, cum sic nihil colono imputari possit, Interpretes restringunt, *latè Panschm. d. t. quest. 14. n. 49. usque ad 63.*) vicinus arbores exciderit, l. 25. §. 4. h. t. eo ipso enim, dum damni causam dat, ipsum damnum dedisse videtur, *Hyppol. de Mars. ad leg. 15. n. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Baiard. ad Clarum lib. 5. §. fin. quest. 28. n. 14.*

XV.

Omne verò conductor, an aliquam saltem præstet culpam, gravis est quæstionis? Communem interpretum scholam

C 2

seque-

Cum  
ones,  
hisce  
n par  
a, vid.  
nam  
o, quæ  
datur,  
æ per  
s præ  
con-  
n ha-  
enalis  
54. §. 1.  
thori-  
olum,  
e iuris-  
er ma-  
ndi &  
m per  
o legi-  
genda  
pag. 6.  
re post  
nibus  
decre-  
  
quo  
inien-  
verba  
sulen-  
ptima  
Lucius  
n. 12.  
um. 14.  
& seqq.



sequemur, quæ levem saltem exigit culpam, per regulam in *lege §. 2. commod. l. 108. §. 12. delegat. 1. fundatam*, quâ tum saltem accipiens de levissima tenetur culpa, quando ipsius solius versatur utilitas, de levi quando utriusque, de lata, quando ipsius solius dantis, *Myns. ad §. 5. n. 1. h. t. Suth. dis. 13. §. 46. Horom. d. q. 37. p. 331. Ampl. Dn. D. Rebhan. chart. 2. clim. 3. parall. 3. n. 47. Hahn. ad VVes. par. ff. commodati n. 8.* Et ergo, cum non accipientis solummodo, sed & dantis gratiâ locatio celebretur, vi regulæ, de levi conductor, non levissimâ tenebitur culpâ *vid. Schneidevv. ad dict. §. 5. num. 1. Philipp. Matth. ad l. 23. n. 62. & seqq. ff. de R. l. Dn. Gambs. disp. de contract. in gen. th. 40. Ludvv. disp. 13. th. 6. L. D. Dis. Cutac. qui omnem, etiam levissimam, à conductore exigit culpam. I. per §. 5. h. t. verum is ita interpretandus, ut vel superlativus pro positivo (illa quippe graduum mutatio in culparum materia frequentissima est. *Heig. latè ad d. §.*) accipiat, vel certè asseratur *ad diligentissimus* alicui conductori in individuo, naturâ suâ plus æquo negligentiori, oppositum esse *Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 6. l. E. II. per l. 25. §. pen. eod. Respondent comm. Dd. eam specialem in artifice continere casum vid. Bachov. d. l. latè Vult. 1. discept. schol. 15.* Ipsi enim, dum artificium profitetur, utique quicquid ejusdem artis peritia complectitur, summa cum industria præstare tenetur. *vid. Molin. in extric. labyrinthi de eo quod interest. n. 182. & 185.* III. per l. 28. C. eod. Respondent Dd. ex illa nihil proposito inserviens elici posse, cum *Impp.* pro facti quæstione ipsis proposita responderint. Illud adhuc obstare videtur, quod conductor L. Aquiliâ, quæ levissimam exigit culpam, l. 44. ff. ad L. Aquil. teneatur. l. 25. §. 5. l. 30. §. 2. ff. h. t. Respondet *Molin. d. l. n. 180. l. 44. ad L. Aquil. non pro univers. regula.* sed actionis capacitate capiendam, videlicet, quod actio Legis Aquiliæ ob levissimam culpam, dummodo subiecta materia ad hoc disposita sit, competere possit.*

## XVI.

Nodosa atque à subtilissimis ingeniis agitata quæstio hic exsurgit, an si domus conducta incendio pereat, locatoris an verò conductoris damno sit? A locatoris parte se *Fachinaus* sistit *lib. 1. controv. cap. 87.* quod incendium in habitantium culpa atque negligentia plerumque exoritur, l. 3. §. 1. ubi *Dd. ff. de offic. pref. vigil.* Cæterum cum illud de culpa saltem levissima, quam conductor

non



non præstat, verum sit, Goth. ad d. l. 3. Hippol. de Mars. ad l. 1. in princ.  
 n. 109. ff. ad L. Cornel. de Sic. Thom. Ferras cautel. 36. n. 1. Treutl. vol. 1.  
 disput. 18. th. 8 l. C. atque quilibet in officio suo justus non modò,  
 sed & diligens præsumatur, Wesenb. par. ff. de prob. & præf. n. 15. Di-  
 cendum utique, locatorem de incendio agere volentem, incen-  
 dium vel dolo, vel latâ, vel certè levi contigisse culpâ, probare de-  
 bere, latè Geil. 2. observ. 21. Myns. 6. observ. 88. Schneiderv. ad §. 28. c.  
 de act. loc. n. 25. inst. de act. Suth. dis. 15. §. 50. Schutz. disput. 18. th. 17.  
 Certissimi enim ac indubitati juris est, intentionem in jure fun-  
 datam, probationis onus in adversarium transferre Dn. Balch. de  
 op. subd. c. 12. pag. 312. & præsumptioni, donec diversum evidenter  
 probatum, standum esse, Myns. 5. obs. 68. Geil. 2. obs. 128. n. 12.

## XVII.

Cùm ergò, ut prædicta docent, conductor ne levissimam  
 quidem præstet culpam, nec fortuitum illum præstare casum vid.  
 l. 23. ubi Dd. ff. de R. l. quòd nulla hunc præcavere noverit cura,  
 nullum avertere consilium, notius supra se habet nihil, ex deci-  
 sione enim casus magis dubii, minus dubius aperte definitur.  
 Matth. Gribald. de meth. & rat. stud. l. 1. c. 8. p. 64.

## XVIII.

Denique locati actio datur locanti, contra conductorem,  
 ad rem finitâ locatione restituendam, l. 48. §. fin. h. t. l. 25. l. 34. ubi  
 Goth. C. eod. Wes. par. ff. h. t. n. 15. Treutl. vol. 1. disput. 29. th. 6. lit. B.  
 etiam si ipsius possessionis controversiam moverit, d. l. 25. C. locati  
 l. 11. §. 3. ff. eod. l. 12. de vi & vi arm. l. unic. C. uri possid. Dyn. ad c. qui ad  
 agendum n. 6. & 7 X. de reg. iur. Pac. S. antim. 98. Meier. in C. l. A. ad  
 h. t. th. 35. & ita in curia Sax. pronunciatum das Beklagter das  
 Rittergut Schwerdtstedt mit vorbehalt seiner darauff habender For-  
 derung / vnd so viel er / wie recht / darthun vnd erweisen wird / gegen  
 gnugsamen vorstand Klägern zurechnen schuldig / Richter. cent. R. l.  
 reg. 33. n. 15, 16, 17. Nihil impedit. l. 20. C. de agric. & censit. vel  
 quia de casu quo colonus se rem à Domino habere negat, loqui-  
 tur Harprecht, ad §. 3. n. 120. Inst. quib. mod. re contr. oblig. vel quia  
 de conditionalibus agit colonis, terram, quam deserere neque  
 possunt, neque debent, dominam habentibus Wissenbach. ad l. 165.  
 n. 8. de R. l. An verò conductor, si dominus finito usu alii loca-  
 re velit, jus aliquòd præferentiæ obicere possit, controversi so-

let? Et non posse placuit, l. 32. C. h. t. Suth. diff. 15. §. 45. adde Hahn in observ. VVesenb. de rescind. vend. n. 6. vers. retractu, ubi asserit in locatione retractui locum non esse. arg. l. 39. h. t. & Dn. Balch. de op. subd. c. 8. pag. 175. & seqq. ubi erudite demonstrat, Dominum subditos operas alius elocari solitos, minimè, ut sibi potius quam alteri, illas pro eadem locent mercede, compellere posse, nisi forte pacto, cōsuetudine, aut prescriptione aliud inductum, aut certè subditorum nubi intersit Balch d. c. 8. p. 184. & seqq. Cùm enim ( ut emendi & vendendi, Dn. Zihn. de iur. munic. c. 81. n. 1. ità & ) locandi & conducendi facultas sit naturalis libertatis, sequens est neminem, ut uni rem perpetuò locet, cogendum esse, nisi fortè pacta per scripturam specialiter cum Domino inita agentis intentionibus suffragentur d. l. 32. C. h. t. vid. Myns. 4. observ. 23. addo, nisi etiam, ut alteri, quàm priori, res locetur, utilitas publica, cujus major quàm privatæ ratio habenda VVes. par. ff. de usuc. n. 13. Geil. 2. obs. 56. num. 3. reclamet vid. Schutz. disp. 2. th. 21. l. C. Hahn. ad VVesenb. de contrah. empt. n. 5. Quamvis enim rei suæ unusquisque moderator atque arbiter dicatur, l. 21. C. mand. supremum tamen in nos & bona nostra legis dominium extat, Heig. ad §. fin. n. 11. inst. de hu qui sunt sui vel al. iur. quæ salutem publicam præferendam, ad eamque, velut ultimum scopum, omnia referenda esse præcipit, VVes. par. ff. de l. & i. n. 15. & de leg. n. 4. Schutz. disp. 1. th. 17. l. C. Quod verò rem conductam tempore locationis exacto, restituendam esse diximus, regulariter obtinet: Cæterum aliquando evenire potest, ut res ante locationem finitam restitui petatur, nimirum (1) si pensio non persolvatur, l. 3. C. h. t. quo casu partis solutio conductorem non liberabit, Goth. ad d. l. 3. crebrioribus enim non modò civilium interpretum suffragiis munita, sed & in praxi recepta opinio est, particularem solutionem, quod multa secum ferat in commoda, l. 3. ff. famil. hercisc. regulariter invito creditori obtrudi non posse. l. 41. §. 1. de usur. Gædd. ad l. 32. n. 9. & seqq. ff. de V. S. & de contrah. stip. t. 6. n. 265. Petr. Frid. l. 3. de contin. caus. c. 13. n. 5. Geil. de pign. obs. 16. n. 5. Capolla cautela 237. Schickh. log. iur. l. 1. c. 3. n. 69. Hotom. illustri quæst. 22. Treutl. vol. 2. disp. 29. th. 2. lit. A. Vult. & Schneidevv. ad §. 1. n. 13. Instit. quib. mod. toll. oblig. Heig. ad princ. eod. n. 24. & seqq. VVes. par. ff. de V. O. num. 7. & de solut. n. 5. Philipp. Matth. ad l. 74. n. 12. & seqq. ff. de R. l. Suth. diff. 15. §. 3. Schutz. disp. 17. th. 14. (2) si Domi-  
nus

nus propriis usibus ædem necessariam probaverit, *d. l. 3. C. h. t.*  
 Charitas enim se ipsam plus in planta pedis, quam proximum in  
 vertice capitis diligit, ut post. *Bald. Reinck. loquitur in Pol. Bibl. lib. 3.*  
*axiom. 50. n. 1.* sed admonendi sumus, necessitatem hanc ad con-  
 jugem etiam liberosque extendendam esse. *Goth. ad l. 3. C. h. t.*  
*Schneidevv. ad §. 28. c. de act. loc. n. 29. de action.* sunt enim corporis  
 affectusque pars, atque de his non minus, quam nobismet ipsis,  
 sæpè etiam amplius, laboramus, *Vvesenb. par. ff. quod met. caus. n. 3.*  
 Hæc ipsa tamen, quæ diximus, in prædio rustico non obtinere,  
 vel quia hic talis inhabitandi necessitas occurrere nequeat, vel  
 quia ex lege positiva contra contractus naturam secundum se  
 considerati veniat, plurimi docent. *vid. Hahn. ad Vves. h. t. num. 15.*  
 (3.) si ædes restauratione indigeant, *d. l. 3. C. h. t.* quo casu expul-  
 sum, æde resecta, ut in veterem locationem restituatur, petere  
 posse, communis est opinio *Hipp. de Mars. ad l. unic. n. 23. C. de rapr.*  
*virg. & de fideiuss. n. 223. Goth. ad Schneidevv. in §. fin. inst. h. t. lit. F.*  
 An autem pensio, quæ initio conventa, an amplior, habitâ refe-  
 cta domus ratione & forte in commodiores usus mutata, præstan-  
 da? Hoc ut asseramus verius est: Cùm enim ob refectionis in-  
 commoditatem merces deducatur, *l. 27. h. t.* è contrario, cujus-  
 modi argumentandi modus necessarius reputatur. *Everh. in top. leg.*  
*l. 82. Schickh. in log. Iurid. loc. 20. reg. 1.)* sequitur, eam ob commodi-  
 tatem auctam, augendam, *Goth. ad d. l. 3.* (4.) si conductor in re  
 malè versetur, *d. l. 3. c. 3. X. eod. l. 11. §. 2. l. 54. §. 1. h. t.* etiam, *secun-*  
*dum communem,* moraliter v. c. meretrices excipiendo *Hahn. d. n. 15.*  
*Schneidevv. d. l. n. 29.* quod ipsum tamen rectius fortassis de *Iur. Civ.*  
 improbat, ob *leg. 27. §. 1. de hered. pet.* ubi *Jctus* apertè, *sed & ait,*  
*pensiones, quæ ex locationibus prædiorum urbanorum perceptæ sunt, ve-*  
*nient, licet à lupanario perceptæ sint, nam & in multorum honestorum vi-*  
*rorum prædiis lupanaria exercentur.* Accedit, quòd flagitiosa sese pro-  
 stituendi consuetudo, positivo Romanorum jure hæcenus licita  
 videatur ut, licet prostituentes turpiter faciant, nulla tamè in eos  
 statuta sit pœna, imò causam meretricū, quo ad mercedem datam  
 non modò, sed & promissam, in judiciis approbatam, & hodie-  
 num quoque admittendam esse, *Berlich. & Schütz. disp. 14. th. 12. lit. B.*  
 docent: Quòd tamen posterius, ut improbemus, aperta facit ra-  
 tio, quæ rei turpis, apud gentiles etiam, nulla obligatio *l. 27. de*  
*pact.*

*paſt. l. 26. de V. O. arg. l. 15. de condit. iunct. l. 185. ff. de R. I. Geil. 1. de P. P. 4. n. 11. quæ enim naturâ turpia ſunt, nec promittere quiquam, nec ab aliis exigere poteſt. Bod. 5. de Republ. 6. pag. 929. ut ſic meretrici actio deneganda ſit, conf. Hahn. ad VVeſ. de cond. ob turp. cauſ. n. 2. verſ. ut ſi meretrici. Quid? quod eo ipſo, etiam alias ad tam victorioſam mercedis aſſecutionem invitaret Judex? Z. hn. d. tract. c. 10. n. 7. & 8. Unde ne pignus quidem eo nomine datum à meretrice retineri poſſe verius eſt. Goth. ad. l. 4. §. 2. de Condit. ob turp. cauſ. Hunn. ad Treutl. vol. 1. diſp. 22. th. 3. quaſt. 8. Cæterùm quiſ in re male verſari dicatur, Judicis arbitrio relinquendum, Menoch. de A. 1. Quaſt. caſu 78. Panſchm. de loc. quaſt. 15. num. 42. Schneidevv. d. l. n. 29. (5.) tanquam ſingulare addunt Dd. ſcholarum adeoque & Profefſorem (beneficia enim illis conceſſa hiſce deneganda non ſunt. Hunn. ad auth. habita. C. ne fil. pro patr. c. 1. q. 4.) fabrum ſtudia impediens expellere poſſe Schneidevv. ad §. fin. n. 6. h. t. Liebenthal. de privil. ſtudioſ. th. 7. lit. B. Meier. ad h. t. th. 14. Dn. Bicc. in aureis pag. 492. quod improbare videtur Vaſon. à Vacun. 1. declar. iur. c. 21. n. 16. Cæterùm cui hæc arridet materia, adeat diſtinguentem, Menoch. d. tr. cent. 3. caſ. 237. add. Fincu. in quaſt. illuſtr. Theol. ſyllog. 3. qu. 179. ubi quaſtionem illam, an dictorum argumento immodicum campanarum pulſum ſtudioſus inhibere poſſit? tractat.*

## XIX.

Admonendi autem ſumus, conductorem ſinè culpa expulſum, cùm nihil ipſi imputari poſſit, pro rata ſaltem temporis, ſo lang er darinnen gewohnet hat/ ad penſionem perſolvendam teneri, ob culpam verò (quod ad illam, quæ moralem infert expellendi neceſſitatem, reſtringunt, vid. Hahn. d. n. 15. in fin.) ad integram, quatenus locatori, in id, quod ejus intereſt, indemnitas ſervetur, l. 55. §. 2. l. 24. §. 2. h. t. Qua propter dicendum conductorem liberari, ſi conductâ re locator uſus fuerit, vel eam alteri locaverit, cùm bona fides, ut unius rei nomine idem bis exigatur, minimè permittat, l. 57. de R. I. Geil. 2. obſ. 53. n. 3. Et reverà, quòd diſſentientes objiciunt, penſionem totius temporis nihilominus pænæ loco præſtandam eſſe, apertam infringit veritatem, cum actio pænalis neque introducta, neque à lege, ſine qua loqui erubescendum Nov. 18. c. 5. uſpiam approbata reperiatur, Panſchm. de locat. quaſt. 16. ubi eam communem vocat. Bachov. ad Treutl. vol. 1. diſp. 29.

th. 5.

th. 5. Idem in conductore sine causa ante tempus migrante obtinet, plenè Schneidevv. ad d. §. n. 20. de act.

## XX.

Dixi notanter sine causa, nam & conductori ob justam causam v. c. timorem damni infecti, l. 28. ff. de damno infecto l. 27. §. 1. l. 55. §. fin. h. t. vid. Hahn. d. l. incendii l. 49. §. 1. ad L. Aquil. impetus hostilis l. 13. §. 7. h. t. modo contractus tempore non apparuerit Geil. 2. observ. 23. num. 6. & obs. 29. n. 10. habitationi quocunque tempore renunciare atque migrare licet. Treutl. d. l. th. 5. lit. B. An verò timor pestis vid. Geil. d. observ. 23. n. 7. inter justas emigrandi causas censendus? sanè si locus peste sit infectus, inquilinus, modo pro temporis rata pensionem persolvat, impunè migrat, l. 27. §. fin. h. t. l. 1. §. si pensio. ff. de migr. in mortis namque periculo habitare creditur Reyger. in thesaur. iur. in voce pestis n. 5. Nec peste cessante, cum adhuc in rimis venenum sese continere soleat, domum inhabitare tenebitur, absolum enim esset eum ad ædem lue infectam inhabitandum compellere, cui ob timorem migrare licuit d. l. 27. Panschm. de loc. quast. 13. n. 23. & seqq. Prædictis casus, quo quis uxorem ducit, atque sic amplioribus indiget ædibus, additur Boer. decis. 249. Cùm enim causa ædium conducendarum impulsiva, necessitas videlicet, cesset, ipsa quoque obligatio cessabit, quid? quòd res conducta conductori usui, ob quem pensio persolvitur, esse nequeat, atque res consensu colligata, dissensu dissoluatur? l. 35. de R. I. Sed eximendus est hic error, etsi enim initio libera potestas sit, habendi vel non habendi contractus, semel tamen constitutæ obligationi, adversario non consentiente, renunciare nemini licere apertissimi juris est. l. 3. C. de obl. & act. l. 17. §. sicut commod. Nec deficiente causâ impulsivâ, statim deficit, aut ad nihilum redigitur actus, VVes. par. ff. de R. N. n. 8. & de condit. & demonstr. n. 9. & de pollic. n. 5. Vigl. ad §. illi autem. n. 9. inst. de mil. rest. illi enim, si tanta relinqueretur vis, quilibet non modò contractus, sed & tractatus calumniæ proximus esset: Denique ratio l. 35. de R. I. facile evitabitur, si regulam in his, quæ ab unius tantùm voluntate dependent, locum non habere, intelligamus, Gribald. de meth. stud. lib. 1. c. 6. p. 42. Ex iisdem fundamentis illorum vid. Geil. 2. observ. 23. n. 4. vers. tertio. damnanda opinio, qui ob magistratus in patriam vocationem contractui renunciare li-

D

cere;

cere, asserunt: Nec impedit, quòd tum merces, quando impedi-  
 mentum facti tertii illatum locator remove nequit remitten-  
 da *l. 33. h. t.* Illud enim verum, quando circa rem ipsam eiusve  
 usum impedimentum, quod locator remove tenebatur, prove-  
 nit, at hic circa conductoris personam contingit *Panschm. d. q. 13.*  
*n. 13. & seqq.* An verò ob spectra domui conductæ infesta, emi-  
 grare licebit? cùm levior metus, quo minorum saltem moventur  
 animi, in contractibus non curetur *tot. tit. ff. & C. quod metus caus.*  
 negandum videtur, ecquis enim terrorem illum, si quem incu-  
 tiunt spectra, constantem virum percellere, aut ad timorem sudo-  
 remve commovere posse, asseret, cùm vel unicum Athenodori  
 exemplum *vid. Plin. lib. 7. Epist. 27.* contrarium evincat? sed ne-  
 scio, an ista usquequaque recto stent talo, metus enim, quem  
 spectra inferunt, constantiam hominis superare videtur, *confer*  
*Matth. 14. vers. 25, 26.* unde viro forti vitio non vertitur, si spectra  
 metuat *Clariss. Horn. 3. Eth. 5. n. 4.* Nec illud, quod de Athenodo-  
 ro profertur, stringit, præterquam enim, quod non exemplis, sed  
 legibus judicandum, unicus saltem profertur Athenodorus, cùm  
 tamen ex adverso raro reperiantur, qui non expavescant, *vid.*  
*Goth. ad l. 27. §. 1. h. t. Trentl. d. th. 5. lit. B. Meier ad h. t. th. 15. Ludvy.*  
*disp. 13. th. 6. lit. B.*

## XXI.

Illud admonere supervacuum fuerit, in hoc iudicium &  
 illud venire, quod contra locationis legem factum, est enim cul-  
 pa contra pactum venire, *l. 11. §. fin. h. t. VVes. par. ff. h. t. n. 15.*

## XXII.

Actio ex conducto datur conductori adversus locatorem,  
 ut ipse liberum rei usum præstet *l. 15. h. t.* aut certè interesse *l. 8.*  
*l. 9. h. t.* vel pœnam, siquam præstari ruptâ conventionis fide pla-  
 cuit, persolvat *l. 15. C. h. t.* scilicet locator promittere censetur, se  
 nihil non modò, propter quod conductoris usus impediatur,  
 commissurum *Panschm. de locat. q. 13. n. 6.* sed etiam se effecturum,  
 ne uti frui impediatur, aut in colendo à quoquam turbetur vel  
 molestetur *arg. l. 189. ubi Gædd. n. 2. ff. de V. S.* Unde conductor  
 ab emptore expulsus (is enim alieno contractui stare non cogitur  
*l. 25. §. 1. h. t.* quo vulgatum Germanorum spectat *Kauff gehet vor*  
*gewinn.* *vid. Gædd. d. l. n. 3.*) ad interesse rectè agit *l. 25. §. 1. h. t. l. 12.*

de vi

*de vi & vi arm. Borch. & Schneiderv. ad §. fin. h. t. Petrus Frid. 3. de cont. caus. 14. n. 18. Fach. 1. controv. 88. non secus atque per legatarium expulsus l. 120. §. fin. de leg. 1. Vult. ad princ. inst. h. t. n. 40. illoquidem casu adversus locatorem, hoc adversus heredem, qui locatio- ni à defuncto factæ, stare tenetur l. 32. h. t. quod Jure Saxonico non procedere putant Reinh. diff. 12. VVes. par. ff. h. t. n. 13. quos no- tat Hahn. ibidem. Cæterùm ea, quæ de interesse persolvendo dixi- mus, cum quodam æquitatis moderamine accipienda, quid enim si res absque Domini culpa pereat, aut talis conductorem inter- pellet, cui propter vim aut potentiam resisti nequit? sanè cum in- jurium sit ab eo, qui culpâ vacat, pœnam (qualis etiam est, cum id, quod interest, petitur l. un. C. de sent. pro eo quod inter. vid. Molin. de inter. n. 15.) exigere c. sine culpa de R. 1. in 6. VVesens par ff. de eo, quod certo loc. n. 6. fatendum utique, locatorem, si pensionem pro rata remittat, liberari, l. 33. h. t. Pacius 5. antin. 16. Molin. d. l. n. 176. in fin. Hunn. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 7. lit. A. Myns. ad pr. h. t. n. 5.*

## XXIII.

Præterea sciendum actionem hanc conductori ad mercedis remissionem ( non interesse, cum lucri cessantis nulla habeatur ratio Panschm. d. t. quest. 2. n. 2. conf. Geil. 2. observ. 6. Myns. 4. obs. 56.) ob sterilitatem casu intervenientem dari l. 25. §. 6. h. t. l. licet. C. eod. e. propter sterilitatem. X. eod. Cùm enim ob fructuum perceptio- nem merces pendatur, ut ex contractus natura fructibus non col- lectis mercedis remissio fiat, consequens est Panschm. d. l. q. 12. n. 60. fol. 133. ut vel hâc ratione damnanda veniat opinio docentium, attentâ solâ contractus naturâ, ob supervenientem sterilitatem pensionem minuendam non esse: Sanè opinione hâc admittâ triplici ut afficeretur damno colonus. (1.) laboris in agrorum cul- turam impensâ (2.) seminis, (3.) mercedis, contractus natura fa- ceret: Nec movet, quod dissentientes asserunt, sufficere, si loca- tor utendi facultatem tradiderit, quod hæc pecuniâ, quæ solui- tur, æstimetur, siquidem non utendi facultas, sed ipse usus, prout communiter natura concurrere solet pecuniâ æstimatur: Quan- do itaque natura opem, quam vulgo confert, denegavit; injustum utique est, ut conductor pecuniam ob usum non productum sol- vat Iohan. à Felden. in annot. ad Grot. de iur. bell. & pac. l. 2. c. 12. §. 18. Tum autem demum mercedis, exoneratio impetratur, quando &

D 2

steri-

sterilitas & damnum ex illa citra culpam conductoris illatum probabuntur *arg. l. 2. ff. de prob.* Quid enim si ob culturae aut seminationis intermissionem ( nisi forte praediorum inundatio id fieri prohibuerit *Treutl. d. l. th. 7. lit. D.* ) sterilitas accidat? sanè cum nulli exstiterint fructus, nec sterilitas abstulisse dici potest *d. l. 25. §. 6. h. t.* Annè verò ob quodlibet damnum fructibus contingens merces remittenda explicatione dignum? *Ulpianus in l. 15. §. 2. h. t. ex sententia Servii*, omne damnum extra rem locatam à vi externa, cui resisti nequit, contingens, Dominum colono praestare debere, asserit; at vitia ex ipsa re eiusque debilitate, orta, damno coloni esse, sibi enim colonus, quod rem evidenter sterilem conduxerit, imputet, *l. 13. §. 6. de damn. inf. Geil. 2. obs. 23. n. 21.* Unde & ipse, qui ob vinearum vetustatem remissionem petit, rem novam desiderare videtur *l. 15. §. 5. h. t. vid. Panschm. d. tr. q. 5.* Admonendi autem sumus labem ( ita enim rectius, quam tabes, quæ arborum morbus, legitur, *Cujac. 15. obs. 28.* ) cum sit violenta aquæ illuvies tempestatisve ruina *vid. Calep. in voc. labes*, ad casum, qui ab extra accidit, referendam, argumento esse potest, quod *Ictus in d. l. 15. adversativâ, sed est*, quæ in facto non modo, sed & jure diversitatem inducere creditur *Schneidevv. ad §. 20. de act. fam. exciso. n. 38. inst. de act. à rei vitiis apertè separet Panschm. d. q. 5. n. 8. & seqq.* Illud asserere valde ridiculum Astrologum, quòd futurum rei statum v. g. nivium pluviarumve copiam sciverit, frustra mercedis remissionem petere, ac si ipse futuras tempestates avertere posset? *Goth. ad Schneidevv. §. fin. de susp. tut. lit. A.* Quid, quòd Deus cunctipotens astra regat, atque ob hominum malitiam praeter ordinarium naturæ cursum grandines emittere soleat. *Exod. 9. v. 22. & seqq.* Quid, quòd diabolus ex naturalibus causis & modo praeter naturali & tempore inusitato tempestates frugibus noxias producere possit? *vid. Hiob. 1. v. 16. Apoc. 7. v. 1. & 2. Balduin. in casib. consc. lib. 3. c. 5. casu 9. Timpler. 4. Metaph. 4. q. 35.*

## XXIV.

Quando verò orta dicatur sterilitas explicandum: Sunt, qui putent, sterilitatem tum exortam, quando ex fundo non percipitur semen *l. 15. §. 7. h. t.* Quod ab aliis improbatum, cum opinione hâc admittâ, pensio non pro rata, sed in totum contra apertos Juris textus *in d. l. 15. c. propter sterilit. X. eod. remittenda esset.*



esset, ad d. l. 15. reponunt *in supra* non ad damnum sed *declaratur* referri, atque Jctum ad §. 2. v. *sed si labes d. l. 15.* resp cere. Alii sterilitatem contigisse docent, quando expensis in rem conductam factis deductis nihil superest, arg. l. 7. ff. *sol. matr. l. 1. C. de lit. & fruct. exp.* Regerunt Dd. nihil aliud *dd. ll.* quam deductis impensis fructus dici, probare, at non sufficit fructus superesse, sed & quantitatis ratio habenda, quandoquidem textus pro rata pensionem remittendam esse doceant. Alii, cum infra dimidium resultat deceptio arg. l. 2. C. *de resc. vend. Schneiderv. ad §. 28. de act. ex cond. n. 18. inst. de act. Venat. Anal. Jur. Pontif. lib. 3. tit. 18. p. 565.* Respondent Dd. (1.) remedium d. l. 2. de jure ff. fuisse incognitum Arius Pinel. *ad d. l. 2. part. 1. c. 1. n. 2. & seqq. Cujac. 23. obs. 24. Treutl. ubi Hunn. vol. 2. disp. 2. th. 9. lit. B. Schutz. disp. 16. th. 9. l. C. (2.)* quod hæc lætio post contractum initum demum, non quidem hominis facto, sed fato accidat *latè Pinel. d. p. 1. c. 3. n. 21. & seqq.* Alii vulgi opinionem attendendam esse putant *Geil. 2. obs. 23. n. 1.* Reponunt Dd. non sufficere ex vulgi opinione sterilitatem adesse, sed & damni determinationem faciendam, at hæc per vulgi opinionem non definitur. Quid ergò hic? Arbitrio Judicis id relinquemus, etsi enim damni intolerabilis mentio fiat, eius tamen quantitas non definitur, at ea, quæ jure definita non sunt, Judicis arbitrio relinquuntur *l. 1. de iur. delib. Menoch. 2. de A. 1. Q. 63. 67. n. 2. Hunn. ad Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 7. q. 23. Meier. in C. 1. A. ad h. t. th. 33. add. Panschm. de loc. quest. 1. per tot.*

## XXV.

Sed quanta pensionis remissio esse debet? Plerique judicis arbitrio remissionem faciendam relinquunt: Alii tantum in mercede remitti arbitrantur, quantum ad medium supplendum deficit, v. c. pensio est coronatorum centum, at conductor quadraginta saltem percepit, hîc vigore huius opinionis remissio in 10. vel 11. facienda esset, *vid. Menoch. d. tract. cas. 77.* Verius est, mercedis remissionem fieri debere in totum, computatis fructibus super existentibus, cum expensarum deductione, vim enim maiorem conductori damno esse non debere, aperte traditur, *in l. 25. §. 6. h. t. Add. l. 15. §. 2. vers. sed si labes & §. 7. eod. ubi mercedis exoneratio non modò pro damni rata fieri præcipitur, sed & expresse asseritur seminis solummodò damnum ad conductorem pertinere, vid. Panschm. d. tr. q. 3.*

D 3

Scien-

Sciendum autem ea, quæ de pensione remittenda notavi-  
mus cessare, (1.) si alterius anni subsequenti non solum sed &  
antecedentis ubertate sterilitas compensetur *l. 8. C. h. t.* tum enim  
integra pensio etiam eius anni, quo remissa, peti potest *l. 15. §. 4.*  
*eod. Geil. d. obs. 23. n. 12. Panschm. d. l. q. 15. n. 17. Schneidevv. d. l. n. 17.*  
*Vergin. de Bocat. à Cing. de interd. uti possid. c. 19. n. 70. Meier. d. l. th. 33.*  
Nec est ut cum *Dd.* dicta ad ubertatem ex conductoris opera &  
sedulitate non casu contingentem restringas, cum indistinctè  
asserat *Jctus* immodicum lucrum conductori non auferri: Nihil  
impedit *l. 2. C. de alluv. cum de rei non fructuum augmento agat,*  
*Pinel. ad d. l. 2. part. 1. c. 3. n. 34. & 35.* Annè verò ob nimiam ubertatem  
pensio augenda sicut ob sterilitatem remittenda? Minimè *l. 25.*  
*§. 6. h. t.* præterquam enim quòd dispositio in casum sterilitatis fa-  
vore coloni inducta in ejusdè odium converti non debeat *l. 6. C. de*  
*leg. maxima est hic diversitatis ratio, in casu enim ubertatis uter-*  
*que de lucro captando, in quo rei conditio potior, at in casu steri-*  
*litis colonus de damno vitando certat* *Bachov. & Hunn. ad Treutl.*  
*d. th. 7. lit. E. Meier. d. th. 33.* Deinde si in fructibus collectis, utpote  
quorum factus Dominus, in quem periculum rectè redundat, *l. 30.*  
*l. fin. §. fin. de pignor. act. l. 8. C. eod. Myns. ad §. fin. n. 7. & 8. quibus*  
*alien. licet vel non. damnum accidat* *Gorb. add. l. 8. C. h. t. Geil. d. l. n. 12,*  
*Panschm. d. l. q. 5. n. 16.* Tertio, quando conductor novit rem, quam  
conducit, alienam esse *Panschm. d. q. 5. n. 20.* Quarto quando  
emptor rem emptam, donec emptionis precium persolvatur, con-  
ducit *l. 20 §. 2. l. 21. h. t.* pensio enim, cum pro pretii non soluti in-  
teresse, tum pro rei locatæ fructibus præstari videtur. *Panschm. d.*  
*q. 5. n. 18. Capoll. caut. 125. n. 1.* Denique quando conductor pacto  
illud in se recepit, *arg. l. 7. §. adeò. de pactis. l. 1. §. 6. depos. l. 41. de V. O.*  
*l. 23. l. 34. ff. de R. l.*

## XXVII.

Sed an conductor periculum in se suscipiens de casu tene-  
bitur fortuito? Utiq; periculi namque vocabulum culpam non  
modò, sed & casum sub se continet, *l. 36. ff. h. t. Heig. ad §. 3. n. 11.*  
*inst. de empt. add. Gædd. ad. l. 71. §. 1. num. 3. ff. de V. S.* quo ipso con-  
ductorem expresso periculi vocabulo ad ea, quæ sub hoc compre-  
henduntur præstanda, se obligare voluisse consequens est, quan-  
doqui-

doquidem ex communi conclusione verba pacti generalia generaliter intelligenda, atque ad illa etiam, quæ specialiter comprehensa non sunt, extendantur, *Vvesenb. par. ff. de pact. n. 10.* Deinde fortissimè urget, *l. 37. §. 1. de negot. gest.* etenim, dum à periculi susceptione lex expressè casum excipit fortuitum, innuitur, casum fortuitum, si non excipiatur, sub periculo tanquam genere comprehendi, cum exceptio regulam declarat atque confirmet. *Everh. in Top. loc. ab except. ad reg. n. r. p. 69. Schuckh. Log. iurid. loc. 8. reg. 2. n. 1. Vvesenb. par. ff. de edendo n. 13. & de transact. n. 5.* Dissidentes graviter urgent; *l. 1. C. de pos. ubi specialis requiritur conventio, at ubi ex lege constitutione vè specialis requiritur conventio, ibi generalis non sufficit, Gædd. ad l. 44. num. 9. ff. de verb. sign. deinde l. 1. §. 35. ff. de pos.* Verum nihil movent, illic enim generale de periculo præstando pactum, rectè respectu eius, quod ex communi depositi natura descendit, speciale dicitur pactum: Hic verò non intercessit generalis periculi susceptio, sed saltem depositarius se obtulit, quo casu non casus fortuitus præstandus, sed culpa levissima, ad quam rectè *in periculum*, quod verba secundum subjectam materiam accipienda, *Geil. 2. obs. 63. n. 5. Vvesenb. par. ff. de l. & l. n. 3. Chuno disput. ad ff. concl. 19. Philipp. Marth. ad l. 67. n. 6. de R. l. restringitur: Reliqua, quæ obiicuntur, levia sunt, quæ etiam Hunn. dissolvit ad Treutl. d. l. rh. 6. quest. 18. dissent. Panschm. de locat. quest. 6. & 10.*

XXVIII.

Verùm is, qui casum in se recepit fortuitum, nunquid & insolitum præstabit? Affirm. per *l. 1. C. de pos. l. 1. C. commod. l. si quis fundum al. l. 9. §. 2. h. t.* Quid enim casus fortuitus aliud, quàm insolitus? Siquidem ea fortuita, quæ præter solitum & expectationem nostram accidere consuevère: Quid, quod conductor etiam absque pacto casum præstet solitum? *l. 15. §. 2. h. t.* Et ergò casum suscipiens fortuitum, de insolito sentire intelligendus, cum ad consuetum conventio necessaria non sit *Pinel. ad l. 2. part. 1. c. 3. n. 29. & seqq. C. de resc. vend. Panschm. d. rr. q. 7. Fachin. 1. controv. 86. Hunn. ad Treutl. d. rh. 6. q. 19. Schurz. disp. 13. rh. 10. lit. C. Suth. diss. 13. §. 45. Goth. ad l. 8. C. h. t. Ludvv. disput. 13. rh. 6. l. d. in fin. diss. Heig. ad d. §. 3. n. 12. de empt. Förster. disp. ad inst. 18. rh. 13. Geil. 2. obs. 23. n. 18. & obs. 52. n. 27. & 28. (1.) per l. 78. §. fin. de contrah. empr.*

Sed.



Sed nihil ex *d. l.* quod ad dissentientium propositum pertineat, colligi potest, *vid. Eman. Soarez. in not. ad Pinel. d. c. 3. l. C. (2.) per l. 30. §. 3. ad L. Aquil.* Respondemus esse à diversis, siquidem non de obligationibus ex culpa provenientius, sed casu ex fato contingente agimus. (3.) per *l. 12. de pign. act.* Regerimus illud in mandato speciale esse; Jura namque, ut de mandantis voluntate certo constare possit, speciale requirunt mandatum: Unde non mirum, quòd generale mandatum extraordinaria absque expressa mandantis voluntate non comprehendat.

## XXIX.

Quin & illud verius videtur, exceptis à conductore certis casibus fortuitis, in quibus mercedis remissio conventa, in aliis remissioni renunciatum esse: Contrahentes namque ad pactiois de remissione faciendae observantiam pelluntur *l. licet C. h. t.* at hæc per pactioem limitata nõ ergò nisi limitatum producet effectum, *l. 16. de acq. rer. dom. cum res per pactum, quod stricti juris. VVes. par. ff. de pact. n. 3. & 10. restricta, intra suos fines ac terminos coërcenda sit, neque de una qualitate ad alteram extendenda: Dein, si nihilominus in cæteris casibus remissio obtineret, quid speciali casuum enumeratione opus fuisset? Certè in contractibus verbum unum quodque, etiam minimum, aliquid importare debet, Hipp. de Mars. in *tr. de fidei. n. 64. & 195. Geil. 2. obs 28. n. 3. Diff. Panschm. d. tr. quest. 12. (1.)* quòd in contractibus de similibus ad similia procedatur: Resp. obstare conventionem, quæ certi saltem casus, qui utique ad casus non exceptos trahi neque possunt neque debent, excipiuntur (2.) quod æquitati conveniat, ut rei damnum ad Dominum potius, quàm alium, qui culpâ caret, pertineat: sed frustra ad æquitatem, cum de contractu certi simus, confugimus *l. 3. C. de O. & A.* Quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ placuere, servare? *l. 1. de pact. l. 1. de const. pec. sibi imputet, quòd tam duram in se receperit provinciam, l. 203. ff. de R. l.**

## XXX.

Insuper hæc actio conductor petere potest, non solum ut res locata reficiatur, *l. 15. §. 1. h. t.* aut certè merces pro temporis rata, quo uti nequit remittatur, *l. 27. h. t. VVes. par. ff. h. t. num. 16. Treutl. d. l. th. 7. lit. B.* sed & impensæ in rem conductam (non fructuum colligendorum gratiâ, *l. 25. §. 3. ff. h. t.* nisi ad perpetuam

rei utilitatem factæ sint. l. 55. §. 1. l. 61. ff. eod. Fachin. l. 1. contr. c. 85. Bachov. & Hunn. ad Treutl. d. th. 7. l. C.) necessariò & utiliter factæ refundantur. d. l. 55. §. 1. ubi Goth. h. t. l. 29. C. eod. Menoch. de arb. iud. q. cas. 265. Cujac. 10. observ. 4. in fin. Schneidevv. in §. 28. de act. ex cond. n. 11. & seqq. Instit. de act.

## XXXI.

Illud etiam in conductionis materia probè observandum, conductorem scilicet collectas, habitâ tamen rei conductæ contemplatione ipsi illatas, si quas persolverit, repetere posse, arg. l. unic. §. 3. de via publ. Hahn. ad VVes. h. t. n. 16. p. 1063. Ubi ita anno 1629. responsum esse meminit, daß das jenige / was wegen obgemeldten Hauses in vorgehender Kriegeslast contribuiert worden / den vnmündigen allein zuzurechnen / vnd der conductor damit nicht zubelegen. B. R. W. Rectè, cum enim quilibet de suo contribuere teneatur, l. 7. C. de donat. collectæ utique à locatore persolvendæ sunt, non quidem pro precii quantitate, quibus res istæ constant, sed pensionis & fructuum, qui inde percipiuntur, arg. l. 36. de usur. Hahn. d. l. Ego alibi mediam fructuum pro pensione soluendorum partem collectarum nomine, ab extraneis bona illic habentibus exactam esse, memini: Accedit (3.) quod ex omnium confessione soli possessores collectas persolvere teneantur, l. 7. de publ. & vestig. l. 2. & 3. C. de ann. & trib. Geil. 1. obs. 21. n. 20. Reinck. de Reg. secul. & Eccl. lib. 1. class. 5. c. 4. n. 106. VVes. par. ff. de public. n. 3 & 4. quales cum non sint conductores §. possidere inst. de interd. l. 30 § 5. ff. de A. P. Panschn. de loc. quest. 22. n. 4. Treutl. vol. 2. disp. 21. th. 4. lit. E. nec eosdem collectas præstare sequitur: Nullam in hac concludendi ratione, consequentiam esse dices, cum nec usufructuarius possideat, l. 10. de A. R. D. l. pen. §. 1. qui satud. cog. qui tamen collectas solvere tenetur, l. 6. §. 2. ff. de usufr. l. quero. de usuf. legat. Beck. synopsis. iur. publ. lib. 3. c. 4. pag. 288. Richter. reg. iur. 80. n. 17. & seqq. Schneidevv. ad §. 2. n. 13. de usufr. Cæterùm utut illud de usufructuario, qui lucrativo rem nactus titulo (ad quem casum dd. ll. restringunt) simpliciter verum sit, multi tamen de illo, qui oneroso accepit titulo, quod expensæ rei valorem minuunt, nec fructus, nisi qui deductis impensis supersunt, dicantur, l. 7. ff. sol. matrim. vix admittendum censent. Schurz. disp. 6. th. 24. lit. A. Pinell. ad l. 1. part. 2. n. 72. C. de bonis mar. unde contributiones fructibus maiores à pro-

E  
prieta

prietario refundendas esse, arg. l. 30. §. 2 de legat. 3. §. 7. l. de nox. act. Myler. de Princip. & Stat. Imp. c. 62. n. 12. in collegiis pronunciatum Hahnio teste ad VVesenb. de usuf. n. 5. in fin. Quicquid sit, diversitatis ratio hinc dari potest, etsi enim usufructuarius civiliter Domini animo non possideat, ipsustamen naturaliter, secus atque colonus, qui rem alienam jure tantum conventionis non verò ex jure aliquo in re constituto detinet, possidet, l. 12. de acqu. poss. Cutacius 9. observ. 33. & 18. obs. 24. Fachin. 8. contr. 19. Lagus meth. lur. part. 2. c. 25. n. 9. Hann. ad Treutl. vol. 1. disp. 16. th. 12. lit. H. Hahn. ad VVes. d. A. vel A. P. n. 6. vers. colonus. Hactenus autem dicta non procedere notandum (1.) in colono partiaro, Richter. d. R. 80. n. 20. Becker. d. l. p. 283. (2.) in collectis extraordinariis Steinhoff. in disp. grad. Giesse habit. de lur. collect. th. 29. pag. 33.

## XXXII.

Et quidem de locatione plus satis dixisse videmur, si paucis, quæ huic contractui maximè sint affinia, quæ adjuncta, quæ itidem adversaria attigerimus: Tanta autem inter emptionem & venditionem locationem & conductionem cognatio est, ut iisdem consistant juris regulis, princip. ubi Dd. instit. h. t. l. 2. §. 1. eod. imò saepe ad utrum contractum conventionis species referenda sit ignoretur. §. 3. inst. eod. licet in dubio, ubi pretium & res invenitur emptio potius quàm locatio contracta præsumatur. VVes. par. ff. de contr. empt. n. 14. Contractuum horum differentias cum latè satis tradant Dd. ad princip. ubi Schneidevv. & alii inst. h. t. vid. Myns. ad §. 2. n. 4. Heig. n. 5. & seqq. inst. eod. VVes. par. ff. h. t. n. 11. illorum scrinia compilare nunc non libet. Maximam etiam cum contractu nostro convenientiam habere emphyteusin, præter ea, quæ Dd. ad §. 3. h. t. cumulant, vel inde colligi potest, quod sub locationis non modò verbo emphyteusis contineatur, l. 1. & seqq. C. de lur. emb. Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 1. lit. A. Hahn. ad VVes. h. t. n. 3. sed etiam in multis articulis, emphyteusisné an locatio contracta sit, intelligi vix possit, licet in dubio locationem censendam esse concessionem sub pensione, quæ sit par fructibus (nam si minor præstetur, emphyteusis potius erit quàm locatio,) omnes concludant scribentes, Clarus §. emphyteusis. quest. 1. num. 5. Heig. ad §. 3. n. 21. inst. h. t. Hahn. ad VVes. si ager vectig. per. n. 3. pag. 654. Quid verò ab Emphyteusi locatio differat, cum termini, ut Clarus ait d. l. n. 4.

sint

sint omnibus notissimi in presentiarum discutere super sedemus: Illud saltem admonendi sumus, differentiam illam, quâ locatio gentium juri, emphyteusis civili, *Vvesenb. par. ff. si ag. vect. per. n. 3. Schickh. log. iurid. loc. 1. c. 1. n. 127. Heig. ad §. 3. n. 7. Vult. n. 6. Schneid. n. 1. inst. h. t. Schutz. disp. 16. th. 13. lit. B.* adscribitur, subsistere vix posse, cum apertissimum sit, emphyteuseos essentialia ante Zenonem ex jure gentium (aliàs namque disputari non potuisset, an negotium illud pro emptione vel conductione haberi debuerit) fuisse. Et igitur, etsi conventio hæc accidentale quid à Zenone acceperit, ob id tamen ad Jus Civile referri non debet, *Myns. ad d. §. 3. n. 5. & 22. Bachov. ad Treutl. d. disp. 29. th. 9. lit. B. Hagmeier. ad Suth. exerc. 1. th. 15. Schroter. ad Suth. diff. 15. §. 53. Ludvv. disp. 13. th. 7. lit. C. Hahn. ad Vves. d. l. p. 654.*

## XXXIII.

Adjuncta est huic contractui pignoris obligatio: Jura namque (primò quidem illud in more positum, at deinde in assiduam conversum Jurisdictionem atque Jus factum, *Vves. par. ff. in quib. caus. pign. n. 2. Heig. ad §. sine scripto n. 5. inst. de iur. nat. gent. & civ. & ad §. fin. n. 11. quib. mod. re contrah. obi.*) tacitam in rebus in prædium urbanum, eo animo, ut per conductionis tempora ibi maneant, illatis & in vectis, pro pensionis securitate resarciendisq; damnis, constituere hypothecam eine stillschweigende Verpfändung *l. 4. ff. de pact. l. 4. in quib. caus. pign. l. 5. C. h. t. l. 43 ff. eod. Menoch. de A. 1 Q. cas. 44.* quæ, ut verior & communior est opinio, per expressam minimè tollitur, *Vves. par. ff. in quib. caus. pign. n. 6. Schneidvv. ad §. 7. n. 35. inst. de act. Treutl. vol. 2. disp. 1. th. 9. lit. D. ubi Hunn. q. 60.* Nam quod post *Dd. Myns. ad d. §. 7. n. 20* movet, provisionem hominis legis provisionem tollere *l. fin. C. de pact. conu.* nihil impedit, siquidem tum demum brocardicum hoc procedit, quando in defectum provisionis legalis hominis provisio facta, non quando ex alio, velut hic, manat fonte. Dixi in prædium urbanum, res enim coloni in prædium rusticum illatæ, pignoris jure non tenentur. *l. 4. l. 7. in quibus causis pign. Schutz. disput. 21. th. 20. lit. D.* cum fructus & naturales & industriales (frustra, *Venat. in analysi iur. Pontif. l. 3. tit. 18. sub affin. post Bartol. dissentiente*) tacitò obligatos habet conductor, *d. l. 7.* illi autem ut pensionis persolvendæ tempore extent, necessum est, siquidem pro con-

sumptis alienatisvè locatori nullam competere conditionem  
verius est, Dd. ad §. 7. ubi Schneidevv. n. 33. Heig. n. 16. *inst. de act. Diss.*  
*Treutl. vol. 2. disp. 1. th. 4. lit. D.* Fructuum nomine animalia etiam  
ibi nata venire hîc notari meretur, l. 8. l. 28. *de usur. Hahn. ad VVes.*  
*de pact. n. 4. vers. in expressa & tacita pag. 384.*

## XXXIV.

Cæterùm ex dictis cuilibet, quæ contractui huic contraria,  
quæ adversaria non constare non possunt, dum enim v. c. con-  
tractum hunc consensu perfici diximus, ignorantiam non modò,  
sed & dolum cum illo pugnare sequitur, l. 116. *de R. l.* licet hoc re-  
spectu in contractu dissolvendo non sine distinctionis fœdere  
procedendum, vel enim contractui dolus causam dat, & ipso ju-  
re (modo deceptus illam nullam declarari velit, Dn. Gambs. *de*  
*contr. in genere th. 20.*) locatio destruitur, non secus atque ceteri  
bonæ fidei contractus, ut est communis opinio, l. 7. *in princip. ff. de*  
*dolo malo. l. 16. §. 1. ff. de minoribus. Myns. 4. obs. 73. n. 9. Geil. 2. obs. 2.*  
*n. 6. Gædd. de contrah. stip. c. 3. n. 114. Cujac. 8. obs. 10. Dd. ad §. 28. ubi*  
*Myns. n. 17. Schneidevv. n. 24. Heig. n. 14. inst. de act. Vult. ad §. fin. n. 23.*  
*inst. de obl. Treutl. vol. 1. disp. 28. th. 2. lit. F. Schutz. disp. 23. th. 13. lit. A.*  
*Hahn. ad VVes. de dolo malo, n. 1.* Vel incidit, & hoc casu contractus  
exceptione corrigendus, l. 1. §. 2. *de pign. l. 13. §. 4. & 5. ff. de act. empt.*  
*vid. Dd. alleg. loc.* Nec tamen alterius partis dissensu contractus  
solvendus, utriusque enim in obligatione ineunda consensus  
accessit, utriusque ergò, ut in obligatione dissolvenda accedat,  
necessum est, l. 35. *de R. l.* Error tamen, quoniam omnimodò  
consensum impedit, l. 15. *de iurisdic. vid. Pac. cent. 1. quest. 59. VVes.*  
*de pact. n. 11. in mercede non modò l. 52. h. r. sed & re, utpote quæ*  
*pars essentiæ constitutiva, locationi contrarius l. 116. §. 2. de R. l.*  
Item ultra dimidiam iusti precii æstimationem læsio. Wann der  
locator oder conductor vber die helffte des rechten werths oder Wied-  
gelder verkürzet vnd benachtheiliget wird *arg. l. 2. C. de resc. vend.*  
Beneficium enim d. l. 2. in locationibus obtinere, etiam finito  
contractus tempore, rationis identitas, quæ juris identitatem in-  
fert, l. illud. *ad L. Aquil. evincit Pinel. ad l. 2. part. 1. c. 3. n. 17. & seqq.*  
*C. de resc. vend. Geil. 2. obs. 70. n. 1. Schickh. Logic. Iurid. l. 1. c. 1. n. 125.*  
*Schutz disp. 17. th. 10. lit. B. Treutl. vol. 1. disp. 29. th. 8. lit. B. VVesenb.*  
*parat. ff. h. t. n. 12. Schneidevv. ad princip. inst. h. t. n. 6. Myns. ad §. 2. n. 1.*  
*inst.*



*inst. eod. Rob. 2. animad. 14. Ludvv. disp. 13. th. 4. lit. G. Hahn. in observ. VVes. de resc. vend. n. 6. pag. 1026. Sed an ædilitium edictum in locationibus obtineat, gravis est indaginis? Negant plurimi, per l. 63 ff. de adil. edict. l. 13. §. 6. de damno. inf. Treutl. vol. 2. disp. 2. th. 1. lit. G. Meier. in G. l. A. ad h. t. th. 25. Hahn. ad VVesenb. de adil. edict. n. 2. Alii affirmant, cum ob leg. 33. C. h. t. tum ob vicinitatem, quam cum emptione habet locatio, Cujac. lib. 12. obs. c. 38. Vult. 1. Iur. pr. Roman. c. 44. p. 243. latè Hunn. ad Treutl. d. l. q. 2. Sanè cum bona fides conductorem, non minus quam emptorem, re vitiosâ decipere permittat, cur conductori, non secus atque emptori, fundum ob herbas pestibiles, domum ob aërem vel factorem perniciosum relinquere integrum non sit, non video? Aut cur etiam non concedatur Jctis ad casus similes, ubi eadem invenitur ratio, edictum Ædilitium prorogare? l. 11. l. 13. de leg. iuncta. l. 32. ad L. Aquil. Ad d. l. 63. reponunt Dd. Ulpianum in d. l. non velle, edictum hoc ad locationem porrigi non posse, sed solummodò significare ipsos Ædiles edictum de venditione sola, quod ipsorum Jurisdictio ad locationes non extenderetur, ab initio proposuisse; Indenè verò illud ad locationem accommodari non posse sequitur? Quid, quod hoc pacto ne quidem ad permutationem legibus reclamantibus l. 19. §. 6. ff. de adil. edict. extendendum esset? Minus impedit d. l. 13. de eo enim, qui sciens vitiosas conduxit ædes, accipienda.*

Atque ita tandem, Deo clementer adjuvante, disputatio nostra, quâ fieri potuit brevitate, ad colophonem perducta: Tu, Benevole Lector, inconcinne positus (plurima enim accuratio- ne indigent limâ) atque erratis veniam imò monitionem dato. Interea nostri tu miserere Deus.



*In honorem Præcellentis & Eximii*  
**Dn. RESPONDENTIS.**

**G**loria, laus & honor sola virtute parantur,  
 Virtusque in studiis sedulitate gravi:

E 3

Hinc



12  
Hinc quia Parnassi gnarus fastigia tendis,  
Et flore aetatis Palladis arva colis.  
Exurgent olim summa praemia laudis,  
Et patriae fies stella corusca tuae.

adscriptis bene cupientissimo  
adfectu

Præses.

---

Totus amas, toto descendit pectore virtus  
In Musas tota mente animoque furis.  
Te, TRENTÆE, petit non frustra Justinianus,  
Namque operas Themidi nocte dieque locas.  
Vive diu, sed vive Deo patriæque tuisque.  
Hoc votum melius carmine pectus habet.

gratulab. apposuit conterraneo  
& amico suo

Guilielmus Wever, J. U. D.

---

Perge locare operas, surget tibi nomen honoris,  
Atque labore Themis premia digna dabit.

Ita amico fraternè dilecto  
fovebat

A. C. Holtzbrinck,  
Altenâ Westphalus.

---

Ingenii mentisque decus cum laude locabas  
nuper, quid jam non, dulcis amice, locas?  
Macte tuis operis doctis tam ritè locatis,  
Et lauro dignas cinget Apollo comas.

ita amicorum oculo animitus  
applaudere voluit

Albertus Callenius,  
Herdeccâ Westphalus.

F I N I S.

Strassburg, Diss., 1659-60


ULB Halle 3  
005 607 590




TA → OL

1077







ent.  
non  
qui  
ali-  
quo  
item  
roga-  
gillat  
co, sed  
seqq.  
qui  
in do-  
pro-  
ntelli-  
er veri-  
n verbo  
ē deno-  
pe tam  
satisda-  
erq; non  
euti. vol.  
est. c. 3. ve-  
17. de ac-  
duorum  
in singu-  
que ne o-  
ur, brevi-  
acqui-

Q. D. B. V.

~~XXIII~~  
265.

DE LOCATIONE ET  
CONDUCTIONE

1659, 7.

DISPUTATIO JURIDICA

Quam

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,  
CONSULTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

DN. FRIDERICI DECKHERRI,  
J. U. D. PANDECTARUM IN ILLUSTRIS  
ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE PRO-  
fessoris celeberrimi, & juridicæ facultatis Decani  
Spectabilis, Patroni & Præceptoris sui  
devotè venerandi

*Solemni & publico examini submittit*

ADOLPHUS TRENTÆUS, UNNA-  
Westphalus, Author & Respondens.

*Ad diem 10<sup>Novembris</sup> Octobris.*

℞ (o) ℞

ARGENTORATI,

Apud JOSIAM STADEL ACADEMIÆ TYPOGRAPHUM.

Anno M. DC. LIX.

